

- cessariter accedere. Serm. 11, de *Passione Domini*, sup. illud *Psalm. civ: Quarite faciem ejus semper.*
124. Si vitii morbo periculose laboras, accede cum fiducia ad colestem medicum, accede ad Jesum, roga ut manum adhibere dignetur. In canone *Vita spiritualis*, cap. 3.
125. Qui accedunt ad Dominum, debent in silentio, pace et tranquillitate multas preces fundere, et cum intentione cordis, et cogitationibus castis, cum prae oculis habere. Hom. 6.
126. Decet quempiam accedentem ad Dominum; ad id quod bonum est seipsum cogere, etiamsi repugnet animus. *Ibid.* Hom. 19.
127. Qui accedit ad Deum, et revera cupit esse assessor Christi, hujus intentionis gratia debet accedere, ut nihil gestet veteris hominis. *Ibid.* Hom. 44.
128. Accede sine materia ad expertem materiae, et intelliges minui laqueos adversariorum. *De Orat.*, cap. 63.
129. Creatura quantum Creatori suo per cognitionem est vicinior, tantum de adventu ejus existit laetior. Serm. 2, de *Epiphania.*
130. Noli credere pauperiorum futurum Deum, si absceris; negro ditiorum, si accesseris. *Pros.*
131. Tibi prodest accessus, tibi obest recessus. *De Panibus*, cap. 6.
132. Deus suscipit pauperes, sed divites non repellit; habentes suscipit, et ad se attrahit non habentes. Serm. 28.
133. Deus peccatorem sanctificat, cum propinquat. *Ibid.* Serm. 168.
134. Quanto est a saecularibus remotior, tanto Deo propinquior. *Epist.* 20, ad *Gislebertum.*
135. Ferendum non videtur, ut ad Deum purissimum accedat quis impuram habens animam, nisi mox sequatur penitentia. *Prose.*
136. Quisquis enim nullius praeteriti peccati sibi conscius, etiam vetera conatur eluere, accedat bono animo; sin minus, abstatat cum impurus sit. *Lib. Quod Deus sit immutabilis.*
137. Tanto quis divinis vicinior factus est, quanto supra humana omnia studio perfectionis ascendit. *Lib. 1, de Vita contempl.*, cap. 5.
138. Accedendo ad Deum, illuminatur ignorantia, et corroboratur infirmitas; data sibi et intelligentia qua videat, et charitativa qua ferreat. *Sentent.* 9.
139. Non acceditur ad altitudinem Dei, nisi per humilitatem; cui propinquat subditus, longe ab eo recedit elatus. *Ibid.*
140. Non locorum intervallis acceditur ad Deum, vel receditur ab eo; sed similitudo facit proximum, dissimilitudo longinquum. *Ibid.*

141. Bonum est sursum habere cor, non tamen ad seipsum, quod est superbiae; sed ad Deum, quod est obedientiae. *Ibid.*
142. Ascensionum ad Deum gradus, sunt pietatis affectus; iter tamen, est tua voluntas; amando accedis, negligendo recedis. *Ibid.*
143. Si aliud amas praeter Deum, non ascendis; nec es, nisi ubi eras. *Ibid.*
144. Vocanti Domino appropinquat, qui dignis penitentiae fructibus Deum de die in diem placat. Part. 1, de *Potestate ligandi atque solvendi*, cap. 17.
145. Nihil tam propinquum Deo, quam ejus character et similitudo. *Super Cant.*, cap. II.
146. Accedens ad Deum, mundo fit obscurus. Serm. 30, de *Resur.*
147. Accedite ad Deum securi, nolite timere repulsam, exaudiet et recipiet vos; neque patietur rubore confundi facies vestras. *Ibid.*
148. Qui cum fide ad Deum accedit, arcanae lucis radios suscipit. *Super Psalm. xxxvii, vers. 5: Accedite ad eum, etc.*
149. Quanto quis magis ascendit in Deum, tanto plus contemnit temporalia. *Super Epist. ad Hebr.*
150. Ad Deum non acceditur passibus corporis (cum ubique sit), sed affectibus mentis. In *Summa*, part. 1, quest. 3, art. 1.
151. Mala, quae nos hic premunt, ad Deum ire compellunt. *Ibid.*, part. 1, quest. 24, art. 4.
152. Tanto longinquior filius homo a Deo, et frigidior in seipso, quanto occupatur, et diuturnior in negotio externo. *Medit.* 28, in *Dom. Palm.*, cap. 2.
153. Tanto magis Deo homo appropinquat, quanto ab omni solatio terreno longius recedit. *Lib. 3, de Imit. Christi*, cap. 42.
154. Tanto homo altius ad Deum ascendit quanto profundius in se descendit, et plus sibi vilescit. *Ibid.*
155. Fili, quantum a te vales exire, tantum in me poteris transire. *Ibid.*, cap. 56.
156. Accedant ad Jesum indigni, ut fiant digni; accedant mali, ut efficiantur boni; accedant parvi et imperfecti, ut fiant magni et perfecti. *Prose.*
157. Qui morbidus est, veniat ut sanetur; qui tepidus est, veniat ut accendatur; qui timidus est, veniat ut confortetur.
158. Qui tristis est, veniat ut consoletur; qui aridus est, veniat ut adipe spiritus replatur; qui taedio afficitur, veniat ut gaudio recreetur. In *Soliloq.*, cap. 18.
159. Quanto frequentius ad Jesum accesseris, tanto tibi dulcior et jucundior apparebit. *Ibid.*, cap. 19.

RICHARD. A
S. VICTOR.ROBERTUS
BELLARMINUS.

THEODORUS.

S. THOMAS
AQUINAS.THOMAS A
KEMPIS.

5. VALENTIAN. 160. Nihil est tam Deo proximum, quam hominem non esse corruptum. *Epist. ad Monachos.*
- IN VITIS PATRUM. 161. Quantum homo Deo appropinquaverit, tantum se peccatorem videbit. *Lib. 3, num. 123.*
162. Oportet semper moderate et pie ad Deum accedere, quantum potest unusquisque mente progredi, et quantum possunt homines consequi. *Lib. 8, cap. 43.*
- SENTENTIA PAGANORUM.
- ARISTOTELES. 163. Illud est melius, quod optimo propinquius est. 2 de *Caelo*, apud Bedam.
- CICERO. 164. Homines ad Deos nulla re propius accedere perspicuum est, quam salutem hominibus dando. *Lib. 1 Offic.*, cap. 11.
- PLATO. 165. Qui ad Deum propius accedunt, et qualis sit Deus commonstrant; illa constanter attribuire debent consentanea Dei natura, ut constituent Deum revera esse bonum. *Sisygia*, 4, lib. 2, de *Republica.*
166. Subsiliare in caelum, ex angulo licet. *Epist.* 31.
- SIXTUS PHILOSOPHUS. 167. Corpus quidem tuum incedat in terra, anima autem semper sit apud Deum. *Sent.* 48.
168. Animam de terra fides elevat ad Deum. *Ibid.*
169. Animam accedens ad Deum, per Dei verbum est. *Ibid.*
- Vide etiam tit. *Apomasia*, sent. 64.
- ACCEPTIO PERSONARUM.
- Vide PERSONARUM ACCEPTIO.
- ACCUSATIO.
- ETIMOLOGIA EIUS.
- COLLECTOR. *Definitio.* Accusatio est, peccatum alterius iudicium indicare. *Vel:* Accusatio est delatio rei de crimine ad vindictam propter bonum commune. Accusator dicitur, quasi ad causator, quia ad causam vocat eum, quem accusat. *Lib. 18 Etymol.*, cap. 15.
- SENTENTIA PATRUM.
- ADRIAN. PAP. 1. Qui non probaverit quod objecerit, ponam quam ipse intulerit, patiat. Apud Gratian., in *Decret.*, part. 2, causa 2, quest. 3, can. *Qui non.*
2. Omnis, qui aliis falsa intulerit, puniatur, et pro falsitate ferat infamiam. *Ibid.*, causa 5, quest. 6, can. *Omnis.*
- S. AMBROSIUS. 3. Plus proleat amica correptio, quam accusatio turbulenta; illa pudorem incutit, haec indignationem movet. *Lib. 8, super Luc.*, cap. xvii, super illud: *Increpa illum.*
4. Iudicis non est, sine accusatore damnare; quia et Dominus Judam furem esse sciebat, sed quia non est accusatus, minime abiecit. *Super Epist. ad Rom.*, cap. v.

5. Inclinauit se Jesus, ut ostenderet quod accusatio non est admittenda cum facilitate. *Prose.*
6. Non enim statim iudex debet porrigere aures culibet dicto, nec etiam cum gaudio, sed cum displicentia suscipere. Serm. in *sabbat. post Dom. 3. Quadrag.*
7. Cum homo eloquentiae famam quaerit, adstans ante hominem iudicem, circumstante hominum multitudine, inimicum suum odio immanissimo accusans; vigilantissime cavet, ne quid per linguae errorem dicat coram hominibus, et ne per mentis furorem hominem auferat ex hominibus, non cavet. *Lib. 1 Conf.*, cap. 18.
8. Necessse est eum qui aliquem accusat, habere alterum quem defendat. *Lib. 2, contra Academic.*, cap. 9.
9. Qui disponit arguere, non faciat unde alium nititur accusare. *Ep.* 178.
10. Eo est impudenter victus accusator, qui fit etiam iudicis calumniator. *Lib. 3, contra Crecon.*, cap. 64.
11. Quis sibi utrumque audeat sumere, ut cuiquam ipse sit et accusator et iudex? *Hom. 50, ex Homil. quinq.*, cap. 4.
12. Accusare vitia, officium est honorum virorum et benevolentium, quod cum malefici agunt, alienas partes agunt. *Lib. 2, de Serm. Domini in monte.*
13. Mitior est accusator, quam qui convincitur seiviro laudator. *Lib. 4, contra duas Epist. Pelag.*, cap. 4.
14. Peccata ignorantia vel negligentia melius accusantur, ut peccant: quam excusantur, ut maneant. *Super Psalm. cv, vers. 8: Ut irritaverunt eum.*
15. In confessione sui accusatio, Dei laudatio est. Serm. 8, de *Verb. Dom.*
16. Sive nos accusemus, sive Deum laudemus, his Deum laudamus, si pie nos accusamus, Deumque laudamus. *Prose.*
17. Quando Deum laudamus, tanquam eum, qui sine peccato est, predicamus: quando autem nos ipsos accusamus, ei per quem resurreximus, gloriam damus. *Ibid.*
18. Clausum cor habes, et clavem accusas; accusas legem, quia percussit libidinem. Serm. 4, de *Verbis Apostoli.*
19. Diabolus accusator sanctorum est. In 50 *Homiliis*, hom. 38.
20. Plerique nolunt alios accusare, dum se per illos cupiunt excusare. *Ibid.*, hom. 50.
21. Accusatur Christus, et tacet: bene tacet, qui defensione non eget. Serm. 1, fer. 2 post *Dom. Palm.*
22. Frustra accusatur, qui a iudice laudatur;

S. ANTONIUS
DE PADUA.

S. AUG.

imo ipse sui accusator est, qui reum dicit quem leges defendunt. *Ibid.*, quæst. 127.

23. Noleus se esse reum, addit potius ad reatum, et sua excusando peccata, ignorat non se penam remove, sed veniam. *De Continent.*, cap. 5.

24. Superbia querit in alium referre quod perperam fecit, nusquam hic sonat petitio veniæ, nusquam imploratio medicine. *Proseco.*

25. Sed accusatio potius quam excusatio vera est, ubi mandati divini est aperta transgressio. *Lib. 13. de Civitat. Dei.*, cap. 14.

26. Esto accusator tuus, et Deus erit indultor tuus. *Serm. 7, de Verb. Dom.*

27. Dum non vult homo se accusare in eo quod fecit, Deum accusat, a quo factus est homo. *Ex Hom. quinq.*, hom. 11.

28. Quamvis vera sint quædam, non tamen iudici facile credenda sunt, nisi certis indicis demonstrantur. *Ibid.*, hom. 50.

29. Nihil tibi valet calliditas accusatoris, ubi est testis conscientia. *Super Psalm. lxxv.*, vers. 4.

30. Accusator falsus reus est illius rei quam alteri conatur impingere. *Epist. 338, ad abbatem Balduinum.*

31. Accusat conscientia, testis est memoria, ratio iudex, voluptas carcer, timor tortor, oblectamentum tormentum. *In Meditat.*, cap. 13.

32. Non qui accusatur sed qui convincitur, reus est. *Ibid.*, cap. 45.

CASSIODORUS. 33. Vir fixus, purus, innocuus omnes laudat, se semper accusat. *De Anima*, cap. 18.

CONCIL. TOLE- 34. Dignum est ut vita innocentis nulla maen- TANUM 7. letur pernicie accusatoris. *Proseco.*

35. Ideo si quis a quolibet criminatur, non ante accusatus supplicio detur, quam accusator presentetur. *Apud Gratian.*, part. 2, causa 3, quæst. 9, can. *Dignum.*

S. CORNELIUS 36. Omnia, quæ adversus absentes in omni ne- PAPA ET MAR- gotio, aut loco aguntur, aut iudicantur, omnino TYR. evacuantur; quoniam absentem nullus addicit, nec ulla lex damnat. *Apud Gratian.*, in *Decret.*, part. 2, causa 3, quæst. 9, can. *Omnia.*

S. DAMASUS 37. Calumniator, si in accusatione defecerit, PAPA. talionem recipiat. *Apud Gratian.*, in *Decret.*, part. 2, causa 2, quæst. 3, can. *Calumniator.*

DIDYMUS. 38. Saluti principum, est sui ipsius condemnatio. Et habetur apud Joan. Damasc., lib. 2 *Parallel.*, cap. 86.

S. KLEUBER. 39. Nihil contra quemlibet accusatum, absque PAPA. legitimo et idoneo accusatore fiat. *Apud Gratian.*, in *Decret.*, part. 2, causa 2, quæst. 1, can. *Nihil.*

S. FELIX. 40. Absente adversario, non audiatur accusator. PAPA. *Apud Gratian.*, in *Decret.*, part. 2, causa 3, quæst. 9, can. *Absente.*

41. Evidentia patrii scelerei non indiget clamore accusatoris. *Super Genes.* cap. iv, in illud: *Vox sanguinis fratris tui.*, etc.

42. Veritatem accusationis comprobat accusantium concordia. *Super Deuter.*, cap. xxi.

43. Quanto accusatio impiorum rarior et difficilior est, tanto peccandi licentia videtur eis esse major. *In Ecclesiasten.* cap. viii, super illud: *Vidi impios sepultos.*

44. Manifesta accusatione non indigent. *In Decret.*, part. 2, causa 2, quæst. 1, can. *Manifesta.*

45. Absente eo quem accusare quisquam voluerit, accusatori non erodatur. *In Decretis*, causa 3, quæst. 9, can. *Absente.*

46. Per scriptum nunquam accusator recipiatur, quia per scripturam nullus accusari potest; sed propria voce, et præsentem eo, quem accusare voluerit. *Ibid.*

47. Habetur in decretis sanctorum Patrum sancitum, non fore canonicum quemquam iudicari, vel damnari, antequam accusatores canonice examinatos presentes habeat. *Ibid.*, causa 3, quæst. 9, can. *Habetur.*

48. Qui accusare alium elegerit, præsens per se, et non per alium accusat. *Ibid.*, causa 3, quæst. 9, can. *Qui.*

49. Magis confert utilitati fraternæ, qui crimen accusando prosequitur, quam qui celando fovere nititur. *Ibid.*, causa 5, quæst. 5, can. *Non osculatur*, § *Ex his.*

50. Qui quod intulerit probare non valet, puniendus est. *Ibid.*, causa 5, quæst. 6.

51. Carnales prohibentur ab accusatione spiritualium, non spirituales ab accusatione carnalium. *Ibid.*, causa 6, quæst. 1, can. *Summa*, § *Pate.*

52. Cum perversi vere mala contra bonos non inveniunt, falsa fingunt, ut aliis derogando, ipsi iusti videantur. *Lib. 12 Moral.*, cap. 15.

53. Sibi met ipsi jam parcere renuit, qui malum non erubescit fateri quod fecit; et qui defendendo accusari potuit, accusando se celerrime defendit. *Lib. 22 Moral.*, cap. 9.

54. Perfectæ humilitatis indicium est, peccata et ultro accusare, et aliis accusantibus non negare. *Ibid.*, cap. 10.

55. Btisi foris reum sententia non clamat, intus tamen graviter conscientia accusat. *Lib. 32 Moral.*, cap. 7.

56. Quilibet peccator conversus in fletibus, iam iustus esse inchoat, cum coeperit accusare quod fecit. *Hom. 7, super Ezech.*

57. Sunt nonnulli, qui se de nequitia accusant criminis, et pravitate non corrigunt voluntatis. *In 1 Reg.*, cap. iii.

GLOSS. IV

GLOSS. ORD.

GRATIANUS.

GRATIANUS.

S. GREGORIUS
MAGNUS.

58. Antiquus hostis, cum quæ accusat mala, non invenit, ipsa ad malum inflectere bona querit. *Lib. 2 Moral.*, cap. 3.

59. Qui calumniam illatam non probat, penam debet incurrere; quam si probasset, reus utique sustineret. Et habetur in *Decretis Gratiani*, part. 2, causa 3, quæst. 6, can. *Qui.*

60. Invidi dum bonum quod vident accusare nequeunt, execrati malitia, malum quod non vident, ad accusationem querunt. *Lib. 6 Moral.*, cap. 13.

61. Malignus spiritus cogitationi, locutioni, atque operi nostro semper insidiis insistit; si forte quid inveniat, unde apud examen æterni iudicis accusator existat. *Lib. 3 Dialog.*, cap. 19, verbo *Sine.*

62. Nullus vos ibi lingua implicet, ubi conscientia non accusat. *Lib. 6, in Registro*, indict. 15, cap. 178, epist. 14, ad *Constantium episc. Mediolanensem.*

63. Quem conscientia defendit, inter accusatores liber est.

64. Liber sine accusatione esse non potest, si sola, quæ interiori audit, conscientia accusat.

65. Novum malitiae genus, accusare quod proditi timeas. *Epist. 24, ad Pammach.* et *Marcellin.*, lib. 1.

66. Mihi etiam vera accusatio contra fratrem displicet: non reprehendo alios, sed dico quid ipse non facerem. *Ibid.*

67. In personis, non in rebus fit accusatio. *Ibid.*

68. Qui irascitur, accusator sui est. *Ibid.*

69. Difficilis est accusatio in maiorem; si enim peccaverit, non creditur; si convicius fuerit, non puniunt. *In Ecclesiasten*, cap. 8, super illud *Psalm. ix: Laudator peccator*, etc.

70. Cum dicis fratres tuos teipso esse detestatos, deterior factus es tu ipse. *De Clavastro anima*, lib. 2, cap. 21.

71. Accusatur Christus coram militibus, et tacet, ut daret exemplum patientiæ: accusaris et tu, et litigas, ut sis exemplum perversitatis et malitiæ. *Ibid.*

72. Multi cum de criminibus accusantur, magna impudentia in alios sua delicta transferre nituntur. *Hom. 63, in Genes.*

73. Omnis qui se cognoscit, sui accusator est. *Hom. super Psalm. lxxxv.*

74. Omnis qui sua in hoc sæculo dolendo peccata accusat, et fuerit a se accusatus, a Deo erit excusatus. *Ibid.*

75. Ila est sui fructuosa accusatio, si subsequuta fuerit correctio: quotidie enim se accusare, et non corrigere, Deum tentare est. *Proseco.*

76. Melius est ut prius sit correctio, et postea accusatio: quam præcedat accusatio, et non subsequatur correctio. *Ibid.*

77. Magna humilitas, magna sapientia, magna prudentia, ut sciat vivens, sic se posse vivere, ut sibi sit accusatus, et Deo excusatus. *Hom. super Psalm. cxlii.*

78. Noli alium accusare, sed teipsum ita rotte laudabilem, ut omnem merito accusationem possis effugere. *Hom. 65, super Matth.*

79. Majora tormenta imminet, si cum aliis accuses, ejusdem criminis ipse obnoxius inveniaris. *Ibid.*

80. Nihil tam exitiale peccato, quam peccati accusatio. *Concio 3, de Lazaro mendico.*

81. Si vis eum, qui injuste egit, reum facere, ne accuses illum, sed reum te constitue. *Hom. 7, in Acta Apostol.*

82. Crudelium misericors, malum bonus, audentis mitis, timidum benignus, gloriosum modestus, studiosus segnem, pulicem incontinentem accusat. *Hom. 2, super Epist. I ad Cor.*

83. Accusatoris magnanimitas, iudicem securum reddit. *Hom. 49, in Epist. II ad Cor.*

84. Communis crimen est, publica injuria, cuique licet accusare volenti. *Hom. 1, ad Popul. Antiochen.*

85. Non oportet quemlibet iudicari, vel damnari, priusquam legitimos habeat presentes accusatores. *Apud Gratian.* in *Decret.*, causa 3, quæst. 9, part. 2, can. *Non.*

86. Necessæ est, secundum sacrarum Scripturarum documentum, ac secundum iustitiæ tramitem, et accusatum et accusatorem simul adesse. *Habetur in Decretis Gratiani*, part. 2, causa 3, quæst. 9, can. *Necessæ.*

87. Sine causa accusant peccata, quem pauper excusat: excusari non potest, quem fames pauperis accusat. *Serm. 14.*

88. Lascivus disciplinam, virtutum vitiosus, innocentiam criminosis accusat. *Ibid.*, *Serm. 32.*

89. Justus quisque semetipsum, dum sanete vivit, accusat: et se accusando magis magisque sanctificat. *Epist. 45, ad V. Episcop.*

90. Tunc vitiorum omnium barbarico sternimus, tunc polestales aereas invictissimo debellamus: si et innocenter vivimus, et tamen reos nos, ac peccatis tanquam obnoxios, accusamus. *Ibid.*

91. Merito homo divinorum honorum expers desiderit, qui dum alium accusare conatur, impudens seipsum culpam. *De Profugis.*

92. Fratrum nostrorum vita non facile debemus accusare, sed gemere. *Proseco.*

93. Christus utique non accusavit peccata nostra, sed tulit. *Lib. 2, de Vita contempl.*, cap. 6.

NICOLAUS
PAPA ET MAR-
TYR.Scribens Is-
hario
Rhemorum
archiepisc.S. PETRUS
CHRYSOLOG.S. PETRUS
DAMIANUS.PHILO
JUDÆUS.

S. PROSPER.

94. Rectus est, et bene invocatur Deum, qui in omnibus malis que patitur, se accusat, non Deum. Sent. 72, et habetur apud Aug.

95. Sicut repellit Deus peccata sua defendentem, sic recipit accusantem. *Ibid.*

S. PROSPER. 96. Apud justum iudicem, et misericordem Deum, qui se accusat, excusat. *Ibid.*, sent. 187.

SALVIANUS. 97. Maxima accusatrix hominum noxiorum, est usurpatrix innocentie arrogantia. Lib. 4, de *Cub. Dei.*

98. Quicumque sibi se excusat, accusat Deo. *Ibid.*

S. STEPHAN. 99. Neganda est accusatis licentia criminandi, priusquam se crimine, quo accusantur, exierint. PAPA ET MARTYR. Apud Gratian. in *Decret.*, part. 2, causa 3, quest. 11, can. *Neganda.*

SYNODUS. 100. Non solum ille reus est, qui falsam accusationem de alio profert; sed etiam is qui a rem cito criminibus prebet. Habetur in *Decretis* apud Gratian., part. 2, causa 2, quest. 3, can. *Non.*

S. THELESPHORUS PAPA ET MARTYR. 101. Accusatori omnino non credi decernimus; qui absente adversario causam suggerit. Apud Gratian. in *Decret.*, part. 2, causa 3, quest. 9, can. *Accusatori.*

S. THEODORUS. 102. Veritatem accusationis comprobatur accusantium concordia. Quest. 20, super, *Deuteron.*

S. THOMAS AQUINAS. 103. Publica infamia habet locum accusatoris 2, 2, quest. 66, art. 3.

SENTENTIA PAGANORUM.

ARISTOTEL. 104. Accusans debet esse melior accusato, 2 *Politico.*

CICERO. 105. Accusatoris officium est, deferre crimina defensoris, diluere, et propulsare. Lib. 4, de *Arte Rhetor. ad Herennium.*

106. Innocens si accusatus sit, absolvi potest: nocens autem, nisi accusatus fuerit, condemnari non potest. Orat. 2, pro *Roscio.*

107. Non potest in accusando, socios vere defendere: qui cum reo criminum societate conjunctus est. Orat. 2, pro *Cecilio.*

108. Cum grave est accusari, tum etiam (si falso accuseris) non est negligendum. Orat. 23, pro *Murana.*

EPICETUS. 109. Non alios culpemus, sed nosmetipsos. Alios accusare in calamitate sua, hominis est incurditi: seipsum, ejus qui erudiri cepit: nec se autem, nec alium, eruditi. In *Enchirid.*, cap. 10.

PLATO. 110. Bonus vir hominem innocentem handquam solet accusare. *Sizygia* 3, de *Rhetor.*

SIXTUS PHIL. 111. Criminationes adversus sapientie studium non admittit. Sent. 250, apud *Bibl. Patr.* Vide etiam titulum *Confessio*, per totum, et *Consentientie remorsus*, sent. 87.

ACEDIA, ET PIGRITIA.

Etymologia, definitio, descriptio, divisio, origo, proprietates, comparatio.

Pigritia dicitur, eo quod pigeat difficultas laboris. In *Centiloq.*, part. 1.

Acedia, que graece *ἀκεία* dicitur, est seculi tristitia, quando damnis rerum, vel molestia corporum sic afficimur, ut etiam tedeat nos orare, vel legere, vel quippiam hujusmodi agere. Serm. 2, in *Quadrage.*

DEFINITIO ET DESCRIPTIO.

Acedia est torpor animi, bonum inchoare negligerentis. In *Centiloq.*, part. 1, sect. 21.

Acedia, est diffidentia de propriis viribus, et auxilio Dei implendi ardua, sive mandata. *Ibid.*

Rancor, est ex atra bili, aut nimia pigritia virium animi et corporis enervatio. De *fructibus carnis et spiritus*, cap. 7.

Torpor, est languentis animi pigritia, remissa motio, corporis totius hebetudo. *Ibid.*

Acedia, est ex nimia confusione animi nata tristitia, sive tedium. *Vel*: Acedia, est amaritudo animi nimia, qua jucunditas spiritualis existinguatur, et quodam desperationis principio, mens in seipsa subvertitur. *Ibid.*

Languor est agra mentis, desidia. *Ibid.*, cap. 9.

Acedia, est de virtutum laudabili exercitio, languida utriusque hominis dejectio. *Ibid.*, cap. 10.

Acedia, est lepra que quinque vulnera facit; scilicet somnolentiam, negligentiam, pigrityiam, otiositatem, et timiditatem. Super *Luc.*, cap. xviii.

Acedia, est animi remissio, mentis resolutio, neglectio vite monasticae, professionis odium, e cellula proditio. Gradu. 13.

Acedia, est animi debilitas. Orat. 6, de *Acedia.*

Acedia, est languor anime tolerantia carentis. *Aut*: Acedia, est desidia anime voluptatum amore laborantis. *Ibid.*

Acedia, negligentia est anima. In *Hecaton-tade* 3, sent. 31.

Acedia, est quoddam tedium operandi, que ita deprimit hominis animum, ut nihil ei agere libeat boni. 2, 2, quest. 35, art. 1.

Acedia, est tristitia de bono spirituali. 2, 2, quest. 36, art. 5.

Pigritia, est fuga ignava laborum. *Sizygia* 6, de *Definit.*

DIVISIO.

Est triplex pigrorum debilitas. Sunt in oculis contracti, in manibus contracti, in pedibus claudi.

Cæci, quia vident, et non intelligunt; contracti, quia congregant, et non distribuunt; claudi, quia ad intimam erroris lasciviam declinant, rectam viam salutis non arripiunt. Lib. 4, *Miscellan. codicis* 2, titul. 58.

ORIGO ET PRODUCTIO.

S. ANTONIN. Pigritia est filia acedie. Part. 3, titul. 9, cap. 13.

S. EDMUNDUS. De acedia nascuntur malitie, rancor, mine, desperatio, negligentia, vagatio mentis. De *speculo Ecclesie*, cap. 8.

S. EUSEBIUS EMISSENUS. Pigrityia mater, infidelitas est. Hom. 6, ad *Monach.*

S. JOANNES CHRYSOST. Radix et mater desperationis, ignavia est; nam ignavia desperationem parit; nunquam qui non torpescit, in desperationem proruet. Epist. 5, ad *Theodor. lapsum.*

S. THOMAS AQUINAS. Quatuor sunt que ex acedia procedunt; scilicet vita tristis calamitas, contemptus, egestas. In suis opus. De *Vitiis et virtutibus.*

Quatuor sunt que acediam producent: Loca obscura, que solitaria, rumor displicibilis, cogitatio debilis.

Quatuor sunt que acediam minuunt: Conversari cum delictis, assuescere cum gaudentibus, insistere conviviis, interesse dulcibus melodiis.

PROPRIETAS ACEDIE.

S. BONAVENT. Acedia horret labores, somnum amat, fugit aspera queque, vitat operationem, otio delectatur. Lib. 1, de *Profect. Religios.*, cap. 32.

S. JOANNES CLERICUS. Acedia est in psalmodia invalida, in oratione imbecillis, in ministerio ferrea, in opere manuum pigra, in obedientia improba. Gradu 13.

Acedia totas virtutum opes simul desidia dissipat. *Ibid.*

HUGO CARD. ET S. HIERON. Pigrityia est nutritrix paupertatis et penurie. Super *Proverb.*, cap. Hieron., lib. 1, in *Proverb.*

COMPARATIO.

S. ANTONIN. Sicut instrumenta artis, cum non exercentur, din, hebetantur et rubiginem contrahentia destruntur; ita et intellectus hebetatur, si torpescat desidia. Part. 1, tit. 3, cap. 4, § 2.

S. AUGUSTIN. Sicut inter ignem et aquam tenenda est via, ut nec exuratur homo, nec demergatur; sic inter apicem superbie et desidia, iter nostrum temperare debemus. Epist. 81, ad *Eudoxium Abbat.*

S. BONAVENT. Sicut asinus indiget pabulo, ne deficiat; onere, ne lasciviat; virga, ne pigre ambulet, vel deviet; sic pigrityia. Lib. 1, de *Profect. Religios.*, cap. 33

SENTENTIA PATRUM.

S. ANTONIN. 1. Cito pigrescit judicium humanum, nisi jugi

lectione reparatur. Part. 1, titul. 3, cap. 4, § 2.

2. Multo optabilius pigro inimicum non habere, quam vincere. Serm. 12, de *Verb. Apost.*

3. Desidia, segnitie, pigrityia, vitia sunt, quibus labor fugitur, cum labore ipse, etiam qui est utilis, pena sit. Lib. 22, de *Civil. Dei*, cap. 22.

4. Noli esse piger in labore breviter, et gaudebis incessabiliter. Super *Psalm.* xciii, versu 20: *Qui fingis laborem in precepto.*

5. Solus miser homo acedia soporatus, a suo officio frequenter recedit; et Dei imaginem in se deturpans, in acedia perseverat. Serm. 17, ad *Fratr. in eremo.*

6. Cum te acedia affici sentis, noli propterea diffidere a studio spirituali, sed juvantis require manum, trahi te obsecrans. Serm. 21, in *Cent.*

7. Piger ad vigilias est somnolentus, ad iram preceps, ad odium pertinax, segnior obtusiorque ad orationem. Serm. 54, super *Cantic.*

8. Tedium et acediam procul pellit sanctarum varietas observationum. Epist. 78.

9. Remissa segnitie, mansuetudo creditur; et pigrityia vitium, quietis virtutem imitatur. In *Medit.*, cap. 11.

10. Vade ad fornicam, o piger. Satis est homini magna confusio, quod oporteat cum addiscere a tam parvo, et despecto magistro. Titul. 1, *Dial.*, cap. 7.

11. Contra filias pigrityie, summum remedium est, diversitas occupationum. *Ibid.*

12. Pigro, cella carcer est. Lib. d. *Profectu religios.*, cap. 32.

13. Gravis acedia est, negligentem persolvere ea que quisque tenetur; gravior, pretermittere; gravissima, alios impedire. *Ibid.*, cap. 33.

14. Ex consuetudine otii homo mollis et piger efficitur, ut nihil velit pati vel facere, nisi quod libet. *Ibid.*, lib. 2, cap. 14.

15. Nihil magis est acedioso onerosum, quam Deo intendere, et his que spectant ad studium et profectum spirituale. Lib. 1, de *Profect. religios.*, cap. 32.

16. Acedia et otiositas dispergunt universarum virtutum divitias. De *Profect. monast.*, art. 19.

17. Acediosus et piger semper cogitat de lauta ventris sui repletionem, que ritque exteriora solatia ac vana colloquia. *Ibid.*

18. Firmo ac stabili corde simus; nam virtuti adversatur segnitie, et acedia. De *Virtute*, cap. 4.

19. Vir in torpore dies suos transiens, seipsum decipit. Ad *Monachos*, parenest 34.

20. Omnibus rebus gravibus atque molestis, gravior ac molestior est pigrityia; maxime si sociam habeat perfidiam: nam pleni sunt fructus ejus veneno mortifero. De *Timore Dei.*

S. AUGUST.

S. BONAVENT.

S. BONAVENT.

DIONYSIUS

CARTHUS.

S. EPHRAM.

21. Piger, nec sibi est utilis, nec proximo. *Ibid.*
- GILBERTUS ANGLUS. 22. In cœtu et congerie Sanctorum, nil otio vanius, nil anxius acedia, nil timore turbatus. *Serm. 29, in Cant., apud S. Bernardum.*
- GLOSSA ORDINARIA. 23. Piger est cujuslibet, vitam inspicere negligentis. *Super Proverb. xxiv, cap. 24, super illud: Per agrum hominis pigri.*
- S. GREGORIUS MAGNUS. 24. Sæpe pigrus mentes amor ad opus excitat. *Lib. 6 Moral., cap. 17.*
25. Sæpe opera bona desidia interveniente deficiunt; quia a fervore, quo cœpta sunt, frigescente amore tabescunt. *Ibid., lib. 9, cap. 17.*
26. Dum mens secreta redditur, in torporem laxatur. *Lib. 1 Moral., cap. 17.*
27. Dum menti nonnunquam ignavia surrepit, prudentia frigescit; nam cum fessa torpet, ventura non prævidet. *Ibid., lib. 2, cap. 27.*
28. Dum sublimia intelligendo in elatione se animus erigit, in rebus imis et vilibus gravi hebetudine pigrescit. *Ibid.*
29. Quid detestabilis in vitis, quam desidia acediae? *Lib. 5 in 1 Regum, cap. 1.*
30. Duo sunt quæ in bonis operibus necesse est ut studiosè formidentur, desidia videlicet, et fraus. *Lib. 9 Moral., cap. 47.*
31. Torpere quisque appetit, et laborem subire pro Domino (etiam cum pravalet) refugit. *Hom. 18, super Ezech.*
32. Homo occulta super se judicia, quæ pressus torpore dissimulat; terrore saltem pulsatus expavescat. *Lib. 2 Moral., cap. 7.*
33. Acedia vitium, tedium cordis est. *Lib. 5, in 1 Regum, cap. 17.*
34. Acedia a corde depellitur, si semper bona cœlestia cogitentur. *Ibid.*
35. Nescit mens per torporem veterascere, quæ studet per desiderium semper inchoare. *Lib. 22 Moral., cap. 2.*
36. Plerumque piger, dum necessaria negligit agere, quædam sibi difficilia opponit, et in otio torpescit. *In Pastor., part. 3, cap. 1, admon. 16.*
- HUGO A SANCTO VICTORE. 37. Exeute torporem, qui cœli quasvis honorem. *Serm. 53.*
38. Carnales mentes, ne in bono opere se exercent, pigritia ligat. *De Instit. monast. ad Novit., cap. 4.*
- HUGO CARD. 39. Piger cum viam penitentiae aggredi cogitant, animadvertunt amaritudinem, et quasi a sepihus spinarum resiliunt. *Super Proverb., cap. xv, super illud: Quasi a sepihus spinarum.*
40. Piger propter pigritiam suam, non vult exire de luto stercoreum vitiorum, sed permittit se putrescere. *Super Ecclesiasticum, cap. xxii.*
- JOANN. CASS. 41. Acedia maxime solitariis magis experta est, et in eremo commorantibus infestior hostis ac frequens. *Lib. 40, de Spir. acedias, cap. 1.*
42. Acedia, cum miserabilem monachi obsederit mentem, horrorem loci, fastidium celle, fratrum quoque qui cum eo commorantur, aspersionem gignit, atque contemptum. *Ibid., cap. 2.*
43. Vere ab omni contemplatione et intuitu spiritualium sensuum dormitat anima, quæ acedia telo fuerit sauciata. *Ibid., cap. 4 super illud Psalm. cxviii: Dormitavit anima mea præ læcio.*
44. Acedia effectus in monacho, horror loci in quo commoratur, fastidium celle, fratrum aspersione, atque contemptus, inertia et desidia ad omne opus, vagatio extra cellam, neglectus sacra lectionis, gemitus et suspiria quod ibi nihil proficiat, opinio quod alibi sibi aliisque magis prodesset, desiderium aliis presidendi, ut proxi plurimis, desperatio salutis, nisi relicta cella, lassitudo corporis, cibique esuries, crebra egressio, et ingressio celle, inquietudo continua, otiositas in omni actu spirituali, somnolentia, et solatium omne in dormitatione, visitationes et salutationes supervacaneæ, invasiones quasi necessarie parentum ac religiosorum, familiaritates periculosæ.
45. Experimento probatum est, acedie impugnationem non declinando fugiendam, sed resistendo superandam. *Ibid., cap. 25.*
46. Grave malum est desidia, facilius ut facilia videantur difficilia. *Hom. 14, in Ezech.*
47. Torpescit virtus, ubi certamen defuerit; et facile hostis malitia coalescit, si pigrescat animus repugnantis. *Serm. de Interdict. arboris ad Adam.*
48. Laboris desidia, insolescit hostis sævilia. *Ibid.*
49. Quidquid homo contra naturam suam agit, pigrius agit. *Hom. 34, Oper. imperf. sup. Math.*
50. Ignavus acrioribus stimulis, ab ignavia excitandus est. *Hom. 43, super Joann.*
51. Qui pigritia deditus est, venit vit, deliciasque vacat; omnis enim malitiæ fomes, est desidia. *Ibid.*
52. Duses et supinus (si vel tenais tentationum aura afflari) statim commoveatur, et decedit. *Hom. 2, super Genes.*
53. Pigra est humana vita, et ad perditionem proclivis; non propter naturæ suæ opificium, sed propter voluntatis desidiæ. *Hom. 17, in Joann.*
54. Desidia, res inutilis est, et fructu carens. *Hom. 35, in Acta Apost.*
55. Desidia peiores, timore autem meliores efficitur. *Hom. 2, super Ep. ad Cor.*
56. Piger multa incassum facile loquitur, multa perperam agit, et per totam diem nihil operatur, torpet plurimum. *Ibid., Hom. 5.*

- S. JOANNES CHRYSOSTOM. 57. Spiritus sanctus in anima remissa et segni, permanere non susinet. *Hom. 54, super Ep. ad Hebræos, in Morali.*
58. Perditionis nostræ causa nulla alia est quam negligentia nostra, atque desidia. *Lib. 1, de Compunct. cordis.*
59. In corde pigri, ut cereus ardet peccatum. *In Serm. de Penitent.*
60. Qui desos est, et supinus, quia nequit seipsum, ut decet, moderari, perpetuo perturbationibus et affectionibus obnoxius est. *Hom. 9, super Genes.*
61. Omni diabolica operatione perniciosior est mmodica meroris et acedie magnitudo. *Lib. 3, de Provident.*
62. Qui seipsum luget, acediam nescit. *Gradu 13.*
63. Vir bene subjectus, alienus est ab acedia. *Ibid.*
64. Acedia monacho mors est quam in se jugiter continet. *Ibid.*
65. Vitium pigritiæ procul sit; per torporem enim vires et ingenium diffluunt. *Lib. 2, de Synonymis, cap. 12.*
66. Natura obscuratur desidia, desidia frigescit ingenium, torpor exsuperat sensum, et scientiæ lumen extinguit. *Ibid.*
67. Nihil ignavia turpius, nihil pejus, nihil deterius. *Ibid., cap. 13.*
68. Desidia in omni opere bono formidanda est, desidiæ enim agimus quoties per torporem languide ea quæ Dei sunt, operamur. *Lib. 2, de Summ. bono, cap. 40, sent. 1.*
69. Veraciter condemnatur, si per torporem ea quæ bona sunt, agimus. *Ibid., lib. 3, cap. 19, sent. 4.*
- S. LAURENTIUS IUSTINIANUS. 70. Fortes acedia deprimit viros, et spirituali assuetos in bello, frequentissime ex cordis ignavia facit dormitare præ tadio. *Pros.*
71. Ab hac quisquis fuerit corde possessus, iudicium divinum non metuit, legis mandata negligit, suamque salutem contemnere hinc videtur.
72. Illi non placet legere, non libet psallere, orationi vacare, celebrare jejunia, nocturnisque fastidii interesse vigiliis.
73. Anitit quiddam devotionis est, quiddam spiritualis lætitiæ, quiddam futuræ felicitatis poterat in mente dulcescere.
74. Et veluti defunctus quodam insensibilitatis aggerè agnoscutur esse sepultus. *Part. 2, lib. 4, de Spiritualis animæ interitū, cap. 24.*
- S. NILUS. 75. Acedia affectus is potissimum, qui in solitudine degunt, bellum inferi. *Orat. 6, de Acedia.*
76. Matrem vitiorum, ignaviam existima; bona enim quæ jam tenes, deprædator; quæ vero non dum possides, non sinit acquirere. *Patrensis. 95.*
77. Vicina morti læbes est, torpor animorum. *S. PAULINUS. Epist. ad Macharium.*
78. Torpere pigritia, nihil aliud est quam suffocare virtutem, nutrire superbiam, viamque construere ad gehennam. *Epist. 9.*
79. Homo desos et ignavus, si præsit populis, non sibi soli fit noxius, sed multis; dum sequentes se suo vitiat et perdit exemplo. *Serm. 106.*
80. Segnes frange moras, torporis frange catenas. *Epist. 23, ad Guillelm. monach.*
81. Acediosus cellula clausus, inter frequentias populorum discurrit; nudinas, et angustias sollicitus mercator oberrat. *Prose.*
82. Piti et requies tormentum, sessio labor, silentium pena, clausura infernus.
83. Sic cæcatus lumine mentis, claususque quasi tenebroso carcere, rursus ad molam inquietudinis redit. *Epist. 20, ad Gislebert.*
84. Piger semper allegant impedimenta. *Super Epist. ad Hebr., cap. vi.*
- SENTENTIE PAGANORUM.
88. Est in animis omnium fere, molle quiddam, demissum, humile, enervatum quodammodo et languidum; si nihil esset aliud, nihil esset homine deformius, sed præsto est domina omnium, et regina ratio, ut imperet illi parti animi (quæ obedire debet,) velut servo dominus, velut imperator militi, velut parens filio. *L. 2, Tusc. quasi.*
86. Non est segnitie neque molliæ remittendus animus. *Syzigia 4, in Dial. 1 Alcibiadis.*
87. Nihil pigrius delicatis. *Lib. 9, Ep. 32, ad Titianum.*
88. Sæpe quos labor roboraverat, desidia consumpsit. *Lib. 1 Controvers., controvers. 8.*
89. Non putant desidiosi posse fieri quiddam facere non possunt; ex infirmitate sua de virtute ferunt sententiam. *Prose.*
90. Luxurioso frugalitas pena est; pigro supplicii loco, labor est; desidioso studere, torqueri est.
91. Multis tormentum est, vino carere, aut prima luce excitari; non ista difficilia sunt natura, sed nos fluidi et enerves. *Epist. 74.*
92. Inhonestæ est omnis in ullo actu pigritia. *Epist. 74.*
93. Cito inertis otio vita torpescit, si relinquentum est quiddam offendit. *Epist. 81.*
94. Male mihi esse malo, quam mollior; quia paulatim effeminatur animus, atque in similitudinem pigritiæ (in qua jacet) solvitur. *Epist. 82.*
95. Oratio vel vota pigri, sermo vanus. *Serm. 118.*
- Vide etiam in titul. *Tepiditas.*
- PETRUS BLESENSIS. S. PETRUS CHRYSOLOGUS. S. PETRUS DAMIANUS. V. PETRUS MAURITIUS ABRAS CLUN. S. THOMAS AQUINAS. CICEBO. PLATO. PLINIUS II. SENECA.

ACQUIRERE.

COLLECTOR. *Definitio.* Acquisitio est justa alicujus rei licitæ comparatio.

SENTENTIA PATRUM.

AMBROSIIUS. 1. Quantumvis acquirat, eget qui semper plus concupiscit. Lib. 4 *Offic.*, cap. 30.

2. Liqueat ea esse perpetua et solida, quæ sincere potius, quam dolo acquiruntur; ea vero quæ simulatione parva sunt, non posse diu permanere. *Ibid.*, lib. 2, cap. 22.

3. Fructus laboris tui, thesaurus est inopi; et duo æra, si sola sint, census est largientis. Lib. 4, *de Virginitate*.

4. Quo plus unusquisque acquisierit, plus sitit, et quasi quadam inardescit ebrietate cupiditatum suarum. Lib. 10, epist. 82, *ad Verocellensem Eccles.*

S. ANTONIN. 5. Magna bona non acquiruntur, nisi magno labore, aut magno pretio, seu valore. Part. 4, tit. 3, cap. 7, § 16.

S. AUGUSTIN. 6. Nihil mirum est, quod miseri homines non adipiscuntur quod volunt (id est beatam vitam), illud enim cui comes est, et sine quo ea nemo dignus est, nemoque assequitur, recte scilicet vivere, non itidem volunt. Lib. 4, *de Lib. Arb.*, cap. 14.

7. Qui appetit quod adipisci non potest, cruciatur; et qui adeptus est quod appetendum non est, fallitur; et qui non appetit quod adipiscendum esset, ægrotat. *De Eccles. morib.*, cap. 3.

8. Divitiæ plus exerceant adeptæ, timore amissionis, quam concupitæ adeptionis ardore. Epist. 121, *ad Probam.*, cap. 2.

9. Velle quod non deceat, idem ipsum miserimum; nec tam miserum est non adipisci quod velis, quam adipisci velle quod non oporteat. *Ibid.*, cap. 5.

10. Ibi labor ubi multa acquiruntur et diliguntur, quibus adipiscendis atque retinendis voluntas non satis est, qui consequentem non habet facultatem. *Prose.*

11. Ubi pax, ibi requies; ubi requies, ibi finis acquirendi, et nulla causa laborandi. Ep. 45, *ad Armentarium*.

12. Salsus, si diligitur, ibi adipiscenda desiderat, ubi adopta nihil timetur. *Ibid.*

13. Temporale aliquid plus diligitur antequam adipiscatur, vilesit autem cum advenit; æternum vero ardentius diligitur adeptum, quam desideratum. Lib. 4, *de Doctor. Christ.*, cap. 38.

14. Nequitiæ est pro bonis mundi laborare ut acquirantur. *De Agone Christ.*, cap. 13.

15. Ex diverso appetitu, diversus adipiscendi successus est. *De LXXXIII Quest.*, quest. 40.

16. Quid stultius quam fidere in vanitate, et s. AUGUSTIN laborare ad acquirenda peritura sine ullo timore amittendi? *De Annotat. in Job.*, cap. xxxi.

17. Qui perverse amat cujuslibet naturæ bonum, etiamsi adipiscatur, ipse fit in bono malus, et miser meliore privatus. Lib. 12, *de Civit. Dei*, cap. 8.

18. Quid prodest acquirere in hoc sæculo quodlibet temporale, et transitorium; sive sit pecunia, sive sit voluptas, sit honor in laude humana? nonne omnia fumus et ventus? nonne omnia transeunt et decurrunt? Tract. 10, in *Joann.* in cap. 11.

19. Temporalia bona difficile acquiruntur, et acquisita facile dilabuntur; et quæ habita sunt, cum gravi sollicitudine custodiuntur, et cum dolore amittuntur, et amissa cum gravi labore recuperantur. Lib. *de Diligendo Deo*, cap. 16.

20. Quæ est ista animarum insania, amittere vitam, appetere mortem; acquirere aurum, et perdere eorum? *De Verb. Domini*, serm. 25.

21. Gravis acquisitio, ærumnosa possessio est. *Ibid.*, serm. 26.

22. Possidere quod cum labore acquiritur, paucorum est. *Ibid.*

23. Avari pro acquirenda pecunia, sæva atque aspera multa fortiter tolerant. Lib. 4, *contra Julian.*, cap. 3.

24. Quotidie negotiatores de naufragio mundi evadunt, et iterum navigant ad periculum propter divitiæ acquirendas. Sermon. 6, *de plurib. Martyr.*

25. Terrena diliguntur arcibus adeptæ, quam concupitæ. Epist. 34, *ad Paulinum*.

26. Cujuscumque rei adipiscendæ spem quisque non gerit, aut tepide amat, aut omnino non amat, quamvis quam pulchra sit, videat. Lib. 10, *de Trin.*, cap. 4.

27. Qui divitiæ congregat, et acquisierit, si non prævideat, statim in gula et luxuria fovam cadit. Sermon. 15, *ad Fratres in eremo*.

28. Per continentiam castitas, per societatem charitas, per obedientiam humilitas acquiruntur. Sermon. 25, *de Parvis sermon.*

29. Is incessum laborat in acquisitione virtutum, qui eas alibi quam in Christo acquirere querit. Sermon. 22, *super Cant.*

30. Quanquam modicum id quod quisque cum dolore acquisierit, cum timore possederit, certus quando non sit quando cum dolore amittat, certus autem quod quandoque amittat. In tract. *de Diligendo Deo*, verbo *Dicto*.

31. Satis delicate se palpat, qui vult sine labore magno, studioque continuo virtutes acquirere. *De Ordine vite*.

32. Si sapias, si habes cor, si tecum est lumen oculorum tuorum, desine jam ea sequi, quæ et assequi miserum est. Epist. 103, *Ad quemdam Abbatem*.

33. Divitiæ cum labore acquiruntur, cum timore possidentur, cum dolore amittuntur. In *Serm. de Quinq. negotiis*.

34. Qui desiderat quod assequi non potest, miser est. In *lib. de Amore Dei*, verbo *Est amor*.

35. Non vile quiddam, contemnendumque est, quod adipisci omnium fere mortalium laborat intentio. Lib. 3, *de Consol. Phil.*, prosa 2.

36. Adeptio veritatis est vera securitas. *Super Sapient.*, cap. vi.

37. Homines omnibus terrenis adeptis, ardentiores sunt in acquirendo, quorum acquisitio plus habet fatuitatis et indigentia, quam soliditatis et sufficientia. Sermon. 3, *Dom. 3 post Pasch.*

38. Avari quanto plura acquirunt, tanto plura appetunt. In *Ser. SS. Petri et Pauli*.

39. Dives divitiis non congregat absque labore, non tenet absque metu, non deserit absque dolore. Titul. 8, *Diata*, cap. 4.

40. Si ad terrena adipiscenda cor inhiat, securum tranquillumque nullatenus esse potest; quia aut non habita concupiscit ut habeat; aut adepta metuit ne perdat. In *Collat. de Contemptu sæculi*.

41. Non minor est virtus, quam querere, parta tueri. In *Speculo discipl.*, part. 2, cap. 1.

42. Parum est adipisci aliquid potuisse; plus est, quod adeptus es, posse servare. Epist. *ad Rogatianum episcop.*

43. Quod laboriose est acquisitum magis diligitur, ac diligentius custoditur. *De Perfect. charit.*, art. 25.

44. Signum manifestæ damnationis est, in hoc mundo sua beneplacita assequi et acquirere. Epist. *ad Damasc. Pop. de Morte D. Hieronymi*.

45. O fragilitas humana! exiguum est quicquid agis propter spem æternorum: quantumlibet acquisieris, non desistas; quia adhuc superest, quod requiras. *Hom. de S. Maximo*.

46. O quanti et quam diuturni labores subito pereunt! quanta bona frequenter jam acquisita de manu rapiuntur! dum id quod acquirere studemus, custodire negligimus. *Ibid.* Hom. 4, *ad Monach.*

47. Futura beatitudo acquiri potest, æstimari non potest. *Hom. 2, ad Monach.*

48. Quanto quis de gratia acquirere exeperit, tanto plus coætur et delectatur acquirere; ut acquisitionis lucrum, acquirendi nutrit appetitum. *Ibid.* Hom. 3.

49. Hæc est spiritualium bonorum ratio, ut cum ea summo labore constet acquiri, tam facile

pereant, ut vix possit intelligi. *Ibid.* Hom. 8.

50. Hic homo in vita temporalis, quantas sollicitudines, molestias, timores, et mille incommoda sustinet pro rebus temporalibus acquirendis! In *Annot. super Psalm. xlviii.*

51. Magnus est, qui magna; parvus, non minimus, qui saltem potest consequi, seu acquirere mediocria. *Sup. Levit.*, cap. iii.

52. Avarus cum multa congesterit, arcatur, et anxietur, qualiter acquisita custodiat. *Super Job*, cap. xx.

53. Fraude acquisita pecunia, animæ damnum, non lucrum addit; imo plus damni est in anima, quam lucri in arca. *Super Proverb.*, cap. xii.

54. Gravis labor est hoc cum magna fatigatione apprehendere, quod is qui apprehendit novit dum stare non posse. Lib. 6 *Moral.*, cap. 7.

55. Si ad terrena adipiscenda cor inhiat, securum tranquillumque esse nullatenus potest; quia aut non habita concupiscit, ut habeat; aut adepta metuit, ne amittat. Lib. 22 *Moral.*, cap. 10.

56. Sunt nonnulli, qui dum presentis mundi gloriam, ejusdem mundi actionibus adipisci non possunt, speciem sanctitatis appetunt. Lib. 20 *Moral.*, cap. 15.

57. Omnis curatio, quanto difficilius acquiritur, tanto acquisita cautius custoditur. *Super Psalm. Penitentia septem. Psalm. i*, vers. 3.

58. Qui post terrenam potestatem, regni celestis gloriam cupit acquirere; ad faciendum lucrum creatori suo, debet emixius laborare. Lib. 9, in *Registro*, indict. 4, cap. 59. Epist. 59, *ad Aldibergam, reginam Anglor.*

59. Qui anxie aliquid in hoc mundo adipisci desiderat, plerumque ad cumulum perditionis suæ obit. Lib. 14 *Moral.*, cap. 4.

60. Omnes hujus sæculi dilectores in terrenis rebus acquirendis fortes sunt, in celestibus debiles. *Prose.*

61. Nam pro temporali gloria acquirenda, usque ad mortem desudare appetunt, et pro spe perpetua, ne parum quidem in labore subsistunt.

62. Pro terrenis lucris acquirendis, qualibet injurias tolerant, et pro celesti mercede, vel tenuissimi verbi contumelias ferre recusant.

63. Sæpe nuditatem, dejectionem, famem pro acquirendis divitiis atque honoribus tolerant; et ad quas adipiscendas, se cruciant.

64. Superna autem laboriose acquirere, tanto magis dissimulant, quanto ea tribui tardius putant. Lib. 19 *Moral.*, cap. 16.

65. In damno expenditur, quicquid cum peccato congregatur. Lib. 9, in *Registro*, indict. 4, cap. 57. Epist. 57, *ad Brunichildem, reginam Francie*.

FRANCISCUS
TITELMAN.

GLOSSA
ORBEN.

S. GREGORIUS
MAGNUS.

S. BERNARDUS

66. Si vultis nihil injuste perdere, summopere studete de injustitia nihil acquirere, nec habere.
67. Optime acquisita custodies, si semper requiras; damnun parata sentient, si parare cessaveris. Epist. 1, ad Demetriadem.
68. Rem sæculi famulus Dei, non sine sæculi ipsius vitis assequatur. Super *Matth.*, can. 19.
69. Male acquirere, aut male uti acquisitis, de hæc facit illicitum. De *claustris animæ*, lib. 2, cap. 5.
70. Duo sunt quæ illicite acquirere solent; scilicet cupiditas, et superbia; et duo quæ male fruntur acquisitis; scilicet gula, et luxuria. *Ibid.*
71. Citius et utilius acquiritur bona conscientia, quam scientia. Lib. 3, de *Anima*, cap. 10, in titulo.
72. Cum multa quis congregaverit, anxius qualiter acquisita custodiat. Super *Job*, cap. xx.
73. Divitias virtutum perdit, qui commodum temporale acquirit. Super *Proverb.*, cap. XII.
74. Multa acquirere, nec superflua pauperibus erogare, avaritia est. Super *Ep.* ad Rom., cap. 1.
75. Divitiarum acquisitio, magni laboris est; possessio, magni timoris; et amissio, magni doloris. De *Contemplat. amoris divini*, cap. 33.
76. Quidquid per diligentiam acquiritur, potest etiam per negligentiam deperire. In *Collat. 6 Theodori abbat.*, cap. 16.
77. Solent ea, quæ labore, et inquisitione aliqua inveniuntur, magis infigi menti; ea vero, quæ facile acquiruntur, citius de corde avolare. Hom. 32, super *Genes.*
78. Datis per elemosynam parvis, adipiscantur magna. *Ibid.* Hom. 34.
79. Sicut avaritia acquisitioni pecuniarum contraria est, sic cupiditas gloriæ ad acquirendam gloriam parum conducit. Hom. 63, super *Matth.*
80. Qui plurima in dies conquirat, majore siti compulsus, nunquam ad finem deveniet. Hom. 64, super *Matth.*
81. Inter divites, de acquisitione fit zelus. Hom. 43, *Oper. imperfect.* super *Matth.*
82. Fraude conquirere, injustitia est: Naaman qui injustitia acquisivit, maximum damnun tulit. Hom. 23, in *Ep.* II ad *Cor.*, in *Moral.*
83. Fraude acquisita corrumpuntur; et ista corruptio incorruptibile facit peccatum. Serm. 21, super *Ep.* ad *Ephes.*, in *Moral.*
84. Ditor est ille, qui nihil colligens in affluentia multa consistit, et nullius eget, quam qui per singulos dies acquirit, et festinat plura colligere, et timet ne aliquid ei deficiat. Hom. 27, sup. *Ep.* ad *Hebr.*
85. Contemne tua, si quæ Dei sunt assequi cupis. *Prosec.*
86. Despicere terram, ut colaste diripias regnum.
87. Quæcumque in terra acquisieris, servilia sunt; si illa despicias, in Regia eris illustris.
88. Si ea acquisita despicimus, Deus illa curabit; si ea curare velimus, ipse illa despiciet. Hom. 10, super *Ep.* II ad *Timot.* in *Moral.*
89. Quanto quis plura acquisitionibus congescit, tanto magis ampliora desiderat. Hom. 2, super *Ep.* ad *Hebr.*
90. Perdidisti auri libras decem millia, age gratias confestim Deo, et centum millia acquisivisti, per vocem illam, et gratiarum actionem. *Ibid.*, Hom. 20, in *Moral.*
91. Discipuli, quæ acquisierunt, custodiunt; quæ vero nec dum dilecerunt, discendo acquirunt. *Ibid.*, Hom. 24, in *Moral.*
92. Rejicere parva, ubi magna consequi non vales, extreme est dementia. Ep. 5, ad *Theodor.* laps.
93. Cum procedis, congregata custodi. Gradu 27, de *Different. quietis.*
94. Gravius torquetur impius acquirendo commoda, quam justus tolerando adversa. Lib. 3, de *Sum. bono*, cap. 59.
95. Certa nullus labor est recensandus, quo id acquiratur, quod nullo modo possit amitti. Lib. 6, *Divin. instit.*, cap. 4.
96. Qui non proficit, deficit; et qui nihil acquirat, non nihil perdit. Serm. 8, de *Passione Dom.*
97. Ambitio ad magnarum divitiarum acquisitionem homines excitat, et semper hiatus aperit ampliores. Epist. 14, ad *Sacellanos regis Angliæ.*
98. Cupienti animo nil grave videtur, nil ambitioso difficile. *Ibid.*
99. Ambitiosorum rerum temporalium acquisitioni impediunt quidquid sciunt, quidquid loquuntur, quidquid faciunt. *Ibid.*
100. Venari honores, congregare divitias, et in eis querere voluptatem, commune vitium est, et publicæ ambitionis via. *Ibid.*, ep. 93, ad *Guillelm. Abb.*
101. Honorabilior est contemptus honoris, quam illius adeptio; acquisiviss, fortuna fuit; fortitudinis, contempsisse. Epist. 93, ad *Guillelm. Abb.*
102. Melior est bona custodia acquisitionum, quam impensa opera acquirendorum. De *Panibus*, cap. 14.
103. Curris ad Indiam, Æthiopiæ circuit, maria transis, et alium tibi aperis navigando, ut congreges. *Prosec.*
104. Fugis patriam, ignoras filios, divelleris ab uxore et omnium necessitudinum oblitus, queris ut acquiras; acquiris ut perdas; perdis

- ut doleas; thesaurizas, et ignoras cui. Serm. 59, de *S. Nicolao.*
105. Amatior acquisita pecunia, amatior nihilominus acquirenda. Opusc. 31, cap. 3.
106. Est magna stultitia credere se assecuturum majora, qui spe minorum frustratus sit. De *profugis.*
107. Nihil calamitosius, nihilque miserius eo qui iniquis acquisitionibus crescit. Lib. 2, de *Vita contempl.*, cap. 13.
108. Accipere volumus, non unde vivamus; sed unde census nostrum incrementis damnabilibus augeamus. *Ibid.*, cap. 14.
109. Qui Domino serviunt, ea bona acquirunt quæ perire non possunt. Sent. 85.
110. Quantum tibi copia accessit, tantum disciplinam recessit. Lib. 1, ad *Eccles. cathol.*
111. Sollicitudo est in acquirendo, timor in possidendo, dolor in amittendo. Super *Ep.* I ad *Tim.*, cap. vi.
112. Hoc vitium acquisitionis rerum temporalium, alios molestando et defraudando, adeo periculosum est, quo est difficile bona ablata restitui. In *Opusc.* suis, opuscul. 7, super *Pater noster*, petit. 4.
113. Majori labore acquiritur major merces. *Ibid.* Opusc. 9, de *Quinto præcepto*, verbo *Non occides.*
114. Quidquid acquiratur ut possideatur, et justo possideri non valet, male acquiratur, et male possidetur; et peccatum in acquirente, et possidente generat. In suis *Opusc.*, de *Usuris*, c. 4.
115. Quatuor sunt genera hominum divitias acquirentium; scilicet fallaces, avari, discreti et curiosi. *Ibid.* De *Divers. hominum.*
116. Quatuor sunt quæ divitias acquisitas destruant; scilicet bellum, galostas, ludus et luxuria. *Ibid.* De *Scientiis utilioribus.*
117. Quatuor sunt quæ absque labore gravi acquiri non possunt; scilicet grandis laus, excellens in moribus scientia, magnus census, et potentia. *Ibid.*
118. Quanto plus homo laborat, tanto plus acquirat. Hom. 2, de *Arcta vita.*
119. Vere nihil est stultius quam querere dubia, et acquirere peritura. *Ibid.* Hom. 20, de *Avaritia.*
122. Male parata, male dilabuntur. Orat. 44, *Philippica secunda.*
123. Nihil æque gratum est adeptis, quam concupiscentibus. Lib. 2, epist. 13, ad *Valerianum.*
124. Tolerabilius est faciliusque non acquirere, quam amittere. De *Tranquill. animi*, cap. 8.
125. Quid magnifici est se amare, sibi parere, sibi acquirere? Lib. 4, de *Benef.*, cap. 14.
126. Quidquid longe series multis laboribus acquisivit, id sæpe unus dies spargit ac dissipat. Epist. 91.
127. Quidquid avaris non acquiratur, damnun est. Epist. 115.
128. Acquire possessionem animæ firmam, virtutem. Sent. 69.
129. Non est necessaria (quod potest pauperes consolari) solide laudis cupidini, anxia divitiarum comparatio. Lib. 4, de *Diet. memoriaibus*, cap. 4.
129. Non est necessaria (quod potest pauperes consolari) solide laudis cupidini, anxia divitiarum comparatio. Lib. 4, de *Diet. memoriaibus*, cap. 4.
- ACTIO.
- Definitio, divisio, productio, comparatio. Actus est naturis cuiusque rei potentia, et motus. De *Definit.*
- Actio est naturalis cuiusque rei vis ac motus. Lib. 2, de *Fide Orthod.*, cap. 23. Vel: Actio est vis ea quæ cuiusque rei natura declaratur. *Ibid.*
- Recte factum est quod irritum nulla vis efficit. Lib. 1, de *Benef.*, cap. 5.
- Actio in tribus debet esse circumspccta, ut sit s. meritoria: Primo, an liceat; secundo, an deceat; tertio, an expediat. Lib. 3, de *Profectu religios.*, cap. 9.
- Radix actionum corporis, est consilium in s. corde. Conc. 1, super *Psal.* 1, vers. 1.
- Ex rectis actionibus, verum bonum oritur. Epist. 23.
- Sicut nullus hominum agit recte, nisi divino adjuvetur auxilio, sic nullus daemonum agit iniuste, nisi divino eodemque Dei iudicio permittatur. Lib. 20, de *Civitate Dei*, cap. 1.
- Quemadmodum splendor lucem sponte sequitur, et unguentum fragrans odor; sic etiam probarum actionum, utilitas necessario comes est. Habetur apud Joannem Damasc., lib. 1, *Parall.*, cap. 11, pag. 2. A.
- Sicut ex otio desidia gignitur, ita ex actione desiderium generatur. Lib. 3, *Phaleræ*, cap. 24.
- SENTENTIE PAGANORUM.
120. Quod cum majore labore acquiratur, magis diligitur. 9. *Ethic.*
121. Cum divitiae in acquisitione consistere videantur, omnis acquirentium cura circa acquirendum est. Lib. 1. *Politie.*, cap. 6.
- SENTENTIE PATRUM.
1. Gravius scire quid facias, nec fecisse quod faciendum cognoveris. Lib. 2. *Offic.* cap. 2.
2. Veritatis ea regula est, ut nihil facias commendandi tui causa, quo minor alius fiat. *Ibid.*, cap. 24.

3. In omnibus actionibus, in quibus tibi est bene conscia, nunquam audeas esse secura. Epist. 84, ad Demetriadem.

4. Cum in rectis actibus laudabilis vita ducitur, Dei est quod geritur. *Ibid.*

S. ANSELMUS.

5. Si multa bona gessisti, et pauca mala, multum luge. *De Miseria hominis.*

S. ANTONIN.

6. Qui bonum quod vult facere, ut melius fiat, differt; si melius bonum est, certum est; si autem minus bonum, dubium est; et perdere bonum, minus est damnosum, et irrecuperabile. *Prosec.*

7. Consilium est, ut acceleret facere bonum minus, ne nimis expectando majus, non faciat majus, nec minus. Epist. 1, ad Helinandum.

8. Inanis est actio quam excludit inopia debitoris. Part. 2, titul. 1. *de Vitiis*, cap. 3, § 5.

9. Hoc valde gloriosum est, cum aliquis bene agit inter male agentes, ubi male agere consuevit. Part. 2, titul. 3, cap. 4, § 4.

10. Quanto quis melius operatur, tanto magis mente a Deo illustratur, ad cognoscendam veritatem in eo quod agere debeat. Part. 3, titul. 10, cap. 11, § 3.

S. AUGUSTIN.

11. Generalis amor actionis, quae avertit a vero, a superbia proficiatur; quo vitio Deum imitari, quam Deo servire anima maluit. Lib. 6. *Musica*, cap. 13.

12. In quantum homo recte agit, in tantum bonus est; in quantum autem male agit, in tantum malus est. Epist. 54, ad Macedonium.

13. Superbia in recte factis timenda est, ne illa quae laudabiliter facta sunt, ipsius laudis cupiditate amittantur. Epist. 36, ad Dioscor.

14. Bene agere, et illicita non prohibere, consensus erroris est. Epist. 182, ad Bonifac.

15. Faciat unusquisque quod secundum fidem suam pie credit esse faciendum. Epist. 118, ad Januarium, cap. 3.

16. Si perfunctorie res sacra agitur, nihil apud Deum miserius, et tristius, et damnabilius. Epist. 648, ad Valer.

17. Attende sollicite quid agas, vel quid agere debeat; si quid faciendum est, facias. *De Spiritu et Anima*, cap. 51.

18. Si bonum est quod agis, attende quanta oportet devotione adimpleas. *Ibid.*

19. Sit actus corporis purus, modestus, totius expertus insolentiae et lasciviae, levitatis et ignaviae. *Ibid.*, cap. 62.

20. Si quod recte vis agere, non potes; fac velis agere quod recte potes. *De XXI Sententis*, sent. 21.

21. Nemo melius ordinat quid agat, nisi qui paratior est non agere, quod divina potestate prohibeatur; quam cupidior agere, quod huma-

na cogitatione meditatur. *De catechiz. rudibus*. S. AUGUSTINUS.

22. Non quid quisque faciat, sed quo animo faciat considerandum est. Lib. 2, de *Serm. Dom. in monte*.

23. Si ipsa cordis intentio qua facis quod facis, quae tibi nota est, sordidatur appetitu rerum terrenarum, atque caecatur, quanto magis ipsum factum (cujus incertus est exitus) sordidum, et tenebrosus est. *Ibid.*

24. In actione non amandus est honor in hac vita (quoniam omnia vana), sed opus ipsum quod per eundem honorem fit, si recte atque utiliter fit. Lib. 19, de *Civit. Dei*, cap. 19.

25. Bene facere nemo potest, nisi elegerit, nisi amaverit quod est in libera voluntate faciendum. Lib. 3, *Contra lit. Petilian*, cap. 83.

26. Caetera vitia tantum in malefactis valent; sola autem superbia, etiam in recte factis cavenda est. *De Natura et Gratia*, cap. 27.

27. Quando timore poenae, non amore justitiae, fit bonum, nondum bene fit bonum; nec fit in corde quod fieri videtur in opere, quando mallet homo non facere, si posset impune. Lib. 2, *Contra duas Epist. Pelag.*, cap. 9.

28. Tota die vis laudare Deum? quidquid ego-
ris, bene age, et laudasti Deum. Super *Ps. XXXIV*.

29. Omnium actionum humanarum mater est necessitas. Super *Psal. LXXXIII*, vers. 5: *Beati qui habitant*.

30. Quomodo fortis poterit esse in faciendo, qui deficit in audiendo? Super *Psal. xciii*, vers. 20: *Qui fugis laborem in praecepto*.

31. Non potest fieri ut habeat mala facta, qui habet bonas cogitationes; facta enim de cogitatione procedunt, nec quisquam potest facere aliquid, aut ad aliquid agendum membra movere, nisi primo precesserit jussio cogitationis. Super *Ps. clviii*.

32. Voluntas prona faciendi, reputantur pro opere facti. *De Honest. mulier.*, cap. 5.

33. Apud Deum anima uniuscujusque non est discernenda nobilitate, sed opere; nec genere, sed actione. *Serm. 3, de Nativ.*

34. Saepe se aliter habet species facti, et aliter animus facientis. Lib. 3, *Conf.*, cap. 9.

35. Nisi humilitas omnia quaecunque bene facimus, et praecesserit, et comitetur, ei consecuta fuerit, jam nobis de aliquo bono facto gaudentibus, totum extorquet superbia. Epist. 56, ad *Dioscorum*.

36. Ante mortem fieri debet quod possit prodesset post mortem; non tunc, quando recipiendum est quod quisque gesserit ante mortem. *De cura pro mortuis*, cap. 1.

37. Quidquid boni facimus, si id melius facere

possemus, a nobis est quod in culmine boni non sumus. *De vera et falsa poenit.*, cap. 8.

38. Ea facta, quae dubium est quo animo fiant, in meliorem partem sunt interpretanda. Lib. 2, de *Serm. Dom. in monte*, sup. illud *Matth.*, vii: *Nolite judicare*, etc.

39. Si boni aliqui agis, non pro transitoriis, sed pro aeternis id age. *De Conf. vit. et virt.*, cap. 3.

40. Occulta quod agis, in quantum vales; quod si ex toto non vales, sit in animo occullandi voluntas, et non erit de ostentatione ulla temeritas. *Ibid.*

41. In actione cavenda est nequitia. *De Agone*, cap. 13.

42. Nihil fit nisi Omnipotens fieri velit; vel si-
nendo ut fiat, vel ipse faciendo. *Prosee.*

43. Non dubitandum Deum facere bene, etiam sinendum fieri quaecunque male; non enim hoc nisi justo judicio sinit, et profecto bonum est, omne quod justum est.

44. Quamvis ea quae mala sunt, in quantum mala sunt, non sint bona; tamen ut non solum bona, sed etiam sint et mala, bonum est.

45. Nam nisi esset hoc bonum, ut essent et mala, nullo modo esse sinceretur ab Omnipotente bono.

46. Cui proculdubio quam facile est quod vult facere; tam facile est, quod non vult esse, non sinere. In *Enchirid.*, cap. 95 et cap. 96.

47. Interest plurimum qua causa, quo fine, qua intentione aliquid fiat. *Contra mendac. ad Consentium*, cap. 7.

S. AUGUSTIN.

48. Saepe quid agendum sit videmus, nec agimus; quia non delectat ut agamus. Super *Psal. cxviii*, conc. 8, super illud: *Concupivit anima mea desiderare*, etc.

49. Vetus homo aut non facit, aut timore facit, quod facit non amore sanctitatis, non delectatione castitatis, temperantiae, charitatis, sed timore. *Serm. 4, Bom. 4 Quadrages.*

50. Fac quod in te est, age quod potes, et non deficiat tibi auxilium. *Serm. 17, ad Frat. in eremo*.

51. Nihil proficit bene operari ex coactione, nisi ex voluntate faciat; qui enim bene faciunt coacte, Deo non sunt accepta quae faciunt. *Ibid.*, *Serm. 35*.

52. Quam spem habere possunt, qui mala faciunt, cum illi perituri sunt, qui bona non faciunt? *Serm. 1, de Defunct.*

S. BASIL.

MAGNUS.

53. Unaqueque actio aut ad inferna nos deducit gravans nos per peccatum; aut ad superna levat, alias nobis addens ad Deum. *Conc. 7, super Psalm. xxxi*, vers. 3.

54. Divina lex non actionem, sed cogitationem judicat. *De virginis.*

55. Nil credas actum, cum quidquam restat agendum. In *Proverb.*, verbo *Nil*.

V. BENA.

56. Nisi actio bona interdum abscondatur, a malignis spiritibus (velut a latronibus pecunia ostensa) auferatur. *De substantiis*.

57. Melior est in malis factis humilis confessio, quam in bonis factis superbia gloriatio. *Serm. de Donis Spir. sancti*, cap. 2.

S. BERNAR-

DUS.

58. Quid prodest scire quid te oporteat facere, si non detur et velle facere? quid si velis quidem, sed minime possis? *Serm. 74, super Cant.*

59. Voluntas pro facto reputatur, ubi factum excludit necessitas. Epist. 77, ad *Hugon. de S. Victore*.

60. Quodcumque bonum tibi placet, ut si recte fieri non possit, placeat tamen fieri eo etiam modo quo fas non est, nimis est; ac per hoc, jam quia bene non fit, non est bonum. Epist. 87, ad *Ogerium, canon. regul.*

61. Quicumque non agit fideliter et ferventer, quodcumque agit, quod propter hoc non agit ut scilicet Deo serviat; in eo quod agit, otium. *De vita solit. ad Frat. de Monte Dei*.

62. In omnibus quae agis, Deum presentem cognosce; quia ubique praesens, cernit quidquid facis. In *Medit.*, cap. 6.

S. BERNAR-

DUS

ET

S. GREGOR.

63. Si tu vis proficere, non respicias quid mali faciant alii, sed quid boni facere ipse debeas. *De Ordine vit.*

S. BERNAR-

DUS.

64. Perit revera omne quod agitur, si non sollicite in humilitate custodiatur. *De Interiori domo*, cap. 41.

65. Si quod vivis et sapis, totum das actioni, considerationi nihil, laudo te, in hoc non laudo; certe nec ipsi actioni expedit, consideratione non praeveneri. Lib. 1, de *Consider.*

66. Non totum te, nec semper debes dare actioni, sed considerationi aliqui tui, et cordis et corporis sequestrare. *Ibid.*

67. Semper necesse est ut cum bona agimus, mala quae fecimus ad memoriam reducamus; ut dum culpam certe cognoscimus, nunquam de bono opere incauti letemur. *Serm. 55, ad Sororem*.

68. Passio est quandoque sananda, non actio condemmanda. *Serm. 49, in Cant.*

69. Honestae hominum actiones, non aliter quam ab honesto corde procedunt. Epist. ad *quemdam*.

70. Diligenter omne quod faciendum erit, tracta apud te, et cum his qui te diligunt; tracta autem ante factum, quia post factum sera retractatio est. Lib. 4, de *Consid.*

71. Noli precipitanter agere, diu considera, diligentius intueere quid agas. *Prosec.*
72. Experire quid possis, amicos consule, ne post factum poenitere contingat. In *Declamat.*, sup. *Ecce nos.*
73. Quisque in omni opere suo, hoc dicat sibi ipsi: Si modo moriturus esses, faceres istud? In *Speculo monach.*
74. Non est bonus qui bonum facit, sed qui incessabiliter facit. *Serm.* 20, ad *Sororem.*
75. Dulcior est concentus actuum, quam sonorum. *Expos.* 2, sup. *Psalm.* cxviii, art. 1, in *Prologo.*
76. Nemo dum aliquid agit, intendit ad malum, sed tantum ad bonum, vel ad id quod estimat esse bonum, etiamsi non sit sibi bonum. *Serm.* 7, de *Apost.*
77. Si cesset aliquando actus, nunquam debet tamen cessare affectus. *Serm.* 5, de *Uno Confess.*
78. Bona facere non sufficit, nisi discrete, qualiter, quando, tibi, quare agendum fuerit, videatur. *De sex altis Seraphim*, cap. 7.
79. Discretionis est, agenda quaeque praevia deliberatione metiri, et non agenda cavere. *Prosec.*
80. Qui de futuro nihil praementatur, omnia incautus incidit. In *Speculo discipul.*, part. 4, cap. 28.
81. Quantum vis, tantum facis quod expedit, cum potes; sed si non facis, non vis. *Lib.* 2, de *Prof. relig.*, cap. 23.
82. Ex fine dicitur actus bonus, vel malus. *Lib.* 5, de *Compend. Theol. verit.*, cap. 14.
83. Si in actionibus finis primus ponatur Deus, et finis ultimus, aliquid temporale, perversissimum est. *Ibid.*
84. Quidquid invitati atque computi facimus, noverimus nos ex eo non solum non habere profectum, sed maximum detrimentum. *Hom.* 28.
85. Splendida et admiranda sunt, quae ex ingenii solertia patrantur egregie facta. *Hom.* 22.
86. Quemadmodum unum peccatum trahit aliud, sic una actio virtuosa disponit et trahit aliam. *Sup. Epist.* II *Petri*, cap. 4.
87. Quod agere sub prepositorum praesentia veremur, sub Dei oculis committere non timeamus. *Hom.* 5, ad *Monach.*
88. Maxime studeamus, ut illa quae in honorem Dei agimus, cum claro agamus animo, cum fidei gaudio, et cum bono devotae voluntatis affectu. *Ibid.* *Hom.* 3.
89. Ante omnia caveamus, ut quod nobis agere necesse est, non agamus invitati. *Ibid.*
90. Omnis actio temeritate et negligentia vacare debet. *Sup. Levit.*, cap. 2.

GLOSS. ORDIN.

91. Terrena actio priusquam habeatur, fortiter amatur, antequam foeda cognoscatur. *Sup. Dent.*, cap. 24.

GLOSSA INTER.

92. Quanto meliora agimus, et in optimis conversamur; tanto daemonibus haec graviora efficiuntur. *Sup. Josue*, cap. 49.

GLOSS. ORD.

93. Quidquid inordinate agit, meritum perfectionis amittit. *Prosec.*

94. Quae enim in honorem summi Regis agimus, necesse est discretionem iudicii, quando, vel quantum sint agenda distinguamus. *Sup. I Esdrae*, cap. 3, sup. illud: *Singulis per ordinem.*

95. Omne bonum, quod facimus, praeventione gratiae sancti Spiritus incipimus, et eadem comitante perficimus. *Ibid.*

96. Quidquid boni facis, cum hilaritate fac, et tunc bene facis; si autem cum tristitia facis, fit de te, non tu facis. *Sup. Epist.* II, ad *Cor.*, cap. 9, sup. illud: *Hilarem datorem.*

97. In re quae displicet, magna est consolatio, si eo ordinante agit, cui nil, nisi iustum, placeat. *Sup. Job*, cap. 4.

98. Fortia facta Patrum, documenta sunt filiorum. *Sup. Judith*, cap. 8.

GLOSSA INTER.

99. Non est purus, qui mala ageret, si liceret. *Sup. Job*, cap. 9.

GLOSS. ORD.

100. Non debet extolli in his, quae agit, qui nescit quomodo huc venit, vel quomodo, vel quando exiit. *Sup. Job*, cap. 38.

GLOSS. INTER.

101. Catholicus Deum timens, omnia agit doctorum consilio, et Scripturarum documento. *Sup. Ezech.*, cap. 32.

GLOSS. ORD.

102. Necesse est, ut non solum intueamur quod agimus, sed qua discretionem agimus. *Sup. Hieremiam*, cap. 48.

103. Si pura intentione, quae potes, bona agis, opera sunt lucis, etiamsi non ita hominibus videatur; si autem perversa intentio est, pravum est quidquid agit, etsi videatur rectum. *Sup. Matth.*, cap. 6, in illud: *Si fuerit oculus tuus simplex, etc.*

GLOSS. INTER.

104. Nihil est medium; quidquid enim agis, aut ex amore Dei, aut ex servitute diaboli. *Ibid.* cap. 6, sup. illud: *Aut unum odio habebit, etc.*

105. Tantum boni quis facit, quantum intendit; tantum quoque mali, quantum intendit. *Ibid.*, cap. 2.

106. Omne quod agimus, praevienire per studium considerationis debemus. *Sup. Luc.*, c. 14.

GRATIANS.

107. Nihil agat quisquam absque determinatione, nil praesumptive assumat absque consilio, ut vitium praesumptionis videatur improprium, non officium charitatis. *Part.* 2, causa 9, quest. 3.

108. Nullum est bonum quod foris agitur, si non pro eo intus, ante Dei oculos innocentiae vic-

S. GREGOR. MAG.

- 5 GREG. MAG. 109. Omni cura servandus est a malitia pulvere oculus cordis, ne hoc quod in actione rectum hominibus ostentat, apud semetipsum per vitium pravae intentionis intorqueat. *Prosec.*
110. Curandum itaque est, ne bona nostra pauca sint, curandum ne indiscussa; ne aut pauca agentes, inveniamur steriles; aut indiscussa relinquentes, vecordes. *Ibid.*
111. Incassum bonum agit, si ante terminum vitae deseratur; quia frustra velociter currit, qui prinsquam ad metas veniat, deficit. *Ibid.*, cap. 21.
112. Bene coepa cunctis diebus agenda sunt, ut cum malum pugnando repellitur, ipsa boni victoria, constantiae manu teneatur. *Ibid.*
113. A qualitate temporis, finis exprimitur actionis. *Ibid.*, lib. cap. 2.
114. Sepe dum quis plus justo vigilantem se in actione exhibet, ipsa actionis suae inquietudine rebus subtilis pejus nocet. *Ibid.*, cap. 26.
115. Difficile est quempiam magna agere, et apud semetipsum de magnis actibus cogitationum fiduciam non habere. *Ibid.*, cap. xviii.
116. Ille veram orationem Deo exhibet, qui bona, quae agit, esse de misericordia conditoris cognoscit. *Ibid.*, cap. 27.
117. Magna recordia est, laboriosa agere, et aure laudis inhilare. *Lib.* 8, *Moral.*, cap. 25.
118. Preci imitandum est, cum recta agimus; ut omne quod recte vivimus ex humilitate condiamus. *Lib.* 9, *Moral.*, cap. 11.
119. Tanto quisque minus iudicem trepidat, quanto in bonis actibus solidius stat. *Lib.* 10, *Moral.*, cap. 11.
120. Sepe nonnulli a pravis actibus exire cupiunt, sed quia eorumdem actuum pondere premuntur, in male consuetudinis carcere inclusi, a semetipsis exire non possunt. *Lib.* 14, *Moral.*, cap. 5.
121. Valde laboriosum est custodire, ne mala homo facere audeat, ne in bonis actibus per intentionem titubet, et inter recta opera, sinistra eum cogitatio illudat. *Ibid.*, cap. 25.
122. Omne quod hic agit, pena et miseria est. *Ibid.*, cap. 26, super illud *Job* xiv: *Brevi vivens tempore.*
123. Actionum meritum, praesentis vitae qualitas nullatenus probat. *Lib.* 14, *Moral.*, cap. 3.
124. Plerumque ex actione secularium confunditur vita religiosorum. In *Præfat. Moralium*, cap. 2.
125. Operatur, qui agit bonum quod praecipitur; sed quod operatus fuerit, non custodit ille, cui hoc subrepti quod prohibetur. *Lib.* 19, *Moral.*, cap. 13.
126. Ille bene agit quae pia sunt, qui scit prius servare quae iusta sunt. *Ibid.*, cap. 14.
127. Plerumque quem sanctum bona actio ostentat, oborta terreni commodi occasio examinat. *Lib.* 20, *Moral.*, cap. 15.
128. Qui magna agit (quamvis de se humilia sentiat) scit tamen magna esse, quae agit; nam si magna esse nescit, ea proculdubio minime custodit; quae dum custodire negligit, aut in eis minus proficit, aut ea funditus amittit. *Lib.* 26, *Moral.*, cap. 28.
129. Amicus veritatis, est recte amator actionis. *Lib.* 27, *Moral.*, cap. 8.
130. Tantum debet actionem populi actio transcendere praesulis, quantum distare solet a grege vita Pastoris. In *Pastor.*, part. 2, cap. 4.
131. Per momenta temporum, sepe merita mutantur actionum. *Lib.* 28, cap. 6.
132. Solerter animus ante actionis suae primordia, cuncta debet adversa meditari. *Lib.* 5, *Mor.*, cap. 31.
133. Unaquaeque actio intentionem suam, quae intuentem sequitur. *Lib.* 28, cap. 6.
134. Bonum quod agimus, et Dei est, et nostrum; Dei, per praeventientem gratiam; nostrum, per obsequentem liberam voluntatem. *Lib.* 33, *Moral.*, cap. 20.
135. Recte offertur, cum recte intentione quid agit. *Prosec.*
136. Qui agere dissimulat, etiam recte offerens, peccat. *Lib.* 3, *Moral.*, cap. 10.
137. Plerumque si scimus bona quae agimus, ad elationem declinamus; si nescimus, minime servamus. *Prosec.*
138. Sed contra utraque quid superest, nisi ut recta quae agimus, sciendo nesciamus, ut haec recta aestimemus, et minima?
139. Quatenus et ad custodiam sensifloet animum scientia rectitudinis, et in tumorem non elevet aestimatio minoracionis. *Lib.* 9, *Moral.*, c. 13.
140. Omnis homo per id quod male agit, quid sibi aliud, quam conscientiae suae carcerem facit? ut hunc animi rotas premat, etiamsi nemo exterius accuset. *Lib.* 11, *Moral.*, cap. 5.
141. Magnopere oportet et bona semper agere, et ab ipsis nos bonis actionibus caute in cogitatione custodire; ne si mentem elevant, bona non sint, quae non auctori militant, sed elationi. *Lib.* 19, cap. 12.
142. Cum ab externis actionibus mens sopitur, tunc plenus mandatorum Dei pondus agnoscitur. *Lib.* 23, *Moral.*, cap. 42.
143. Reprehoribus esse proprium solet, semper prava agere, et nunquam quae egerint retractare. *Prosec.*

S. GREGOR.
MAGNUS.

144. Omne enim quod faciunt, cæca mente pertranscunt, factumque suum, nisi cum puniti fuerint, non agnoscant. Lib. 24, *Moral.*, cap. 4.
145. Nequissimorum facta, nequiores perversis patrociniis tumentur. Lib. 33, *Moral.*, cap. 4.
146. Quidquid superbia invadente agitur, etiamsi esse virtus ostenditur, non per hoc Deo, sed soli vanæ gloriæ servitur. Lib. 34, *Moral.*, cap. 18.
147. Quo amplius res virtutis sine humilitate agitur, eo latius superbia dominatur. *Ibid.*
148. Cuncta quæ ab aliis bene geruntur, superbo displicent, et sola ei quæ ipse, vel prave egerit, placent. *Prose.*
149. Semper aliena opera despiciunt, semper mirantur quæ ipse facit.
150. Quia et quidquid egerit, egisse se singulariter credit. *Ibid.*
151. Fiducia magnæ securitatis, est simplicitas actionis. In *Pastor.*, part. 3, cap. 1, *Admont.* 12.
152. Mentis oculus non recta quæ agit, sed quæ agere negligit, aspiciat. In *Pastor.*, part. 4, cap. 1.
153. Qui bona agere videtur, et per hæc non Deo, sed hominibus placere desiderat; intentionis suæ faciem deorsum premit. Hom. 4, super *Ezech.* super illud: *Et facies eorum*, etc.
154. Non est magni meriti, si quid foris agatur in corpore; sed magnopere pensandum est, quid agatur in mente. *Ibid.*, hom. 10.
155. Miranda actio cum elatione, non elevat, sed gravat. Hom. 7, super *Evang.*
156. Qui perversis actionibus assuetus, operibus iniquitatis invigilat, nequaquam dignus est exauditione, cum orat. Super *Psal.* v, vers. 1.
157. Non sufficit bene velle, nisi sequatur, et facere. Super *Psal.* vii, vers. 6.
158. Necessè est ut cum bona exterius agis, hæc interius cum magna cautela custodias; ne appetitus placendi hominibus subrepat, et omnis labor boni operis incassum fiat. Lib. 2, in *Regist.*, indict. 11, cap. 43, epist. 4, ad *Bonifac. episc. Rhegins.*
159. Omnipotenti Deo reus est, qui in omni quod agit purus non est. *Ibid.*, cap. 100, epist. 61, ad *Mauritium Augustum.*
160. Sepe mala actio præsentis valde nocet subditis. Lib. 6, in *Regist.*, indict. 15, cap. 171, epist. 7, ad *Mauritium Patricium.*
161. Ubi prava est actio, inanis fit oratio. Lib. 9, in *Regist.*, indict. 4, cap. 45, epist. 45: *Universis episcop. Siciliæ.*
162. Quidquid foris futurum est in opere, intus jam factum est in prædestinatione. Lib. 28, *Moral.*, cap. 6.

163. Necessè est, cum res bona agitur, ut prius ejus elatio in corde vincatur, ne amaros nequitiæ fructus producat. Lib. 23, *Moral.*, cap. 5.
164. Dum mala agere quisque cœperit, usu jam deterius in hoc quod inchoaverat exerescit. Lib. 15, *Moral.*, cap. 5.
165. Apud Deum non gradus elegantior, sed vitæ melioris actio comprobatur. Lib. 1, in *Regist.*, indictione 9, cap. 72, ad *Gennadium Patricium.*
166. Custodienda est munditia corporis in studiis bonæ actionis. Lib. 7, in *Regist.*, indict. 2, cap. 126, epist. 126, ad *Recharedum regem Visigothorum.*
167. Facile quod Dei est, et Deus facit quod vestrum est. *Ibid.*, lib. 9, indict. 4, cap. 57, epist. 57, ad *Brunichildem reginam Francorum.*
168. Magna quæ aguntur, quandoque propter humilitatem sunt celanda. Lib. 5, in *I Regum.*, cap. 1, sup. illud: *Patri suo hoc ipsum non indicavit.*
169. Tunc bene agere magna quisque nititur, cum ea quæ agit, pendere ad ostensionem vitat. *Ibid.*, lib. 5, cap. 4.
170. Sunt nonnulli, qui ideoque bona facere student, ut gratiam alienæ operationis obtinuerint; nec pascuntur bono quod faciunt, sed laude boni, quæ ceteros premunt. L. 1, *Dialog.*, c. 10.
171. Sanctorum actio ab omni parte circumspicienda est, bona desiderabiliter providens, mala solerter cavens. Hom. 7, sup. *Ezech.*
172. Plerumque fit, ut hoc quod causa Dei agit creditur, pro solis humanis favoribus agatur. Hom. 32, super *Evang.*
173. Cum bona agitis, semper ad memoriam mala acta revocate, ut, dum caute culpa conspiciatur, nunquam de bono opere incaute animus lætetur. *Ibid.*, Hom. 7.
174. Omnia age blande et dulciter, ut et actio tua districta sit, et lingua mitis. Lib. 3, in *Regist.*, indict. 14, cap. 133, epist. 33.
175. In omni quod agis, inspectorem cordis appetere habere placatum. *Ibid.*, lib. 8, ind. 3, cap. 36, epist. 36, ad *Maximum episc. Salonitan.*
176. Brepsitorum actio, subjeutorum magna solet esse monito. *Ibid.*, lib. 12, ind. 6, cap. 8, epist. 8, ad *Brunichildem reginam Francor.*
177. Quisquis nititur magna agere, hæc bene pensare novit, si semper studuit divinis laudibus imputare. Lib. 3, in *I Regum.*, cap. 4.
178. Pleraque faciendi sunt, sed utinus fluit si congruo tempore reservantur. *Ibid.*
179. Deo acceptum est, quidquid fit pro viribus. Orat. 10, in *funere S. Basilii.*
180. Actio speculationis est fundamentum. Orat. 18, de *Statu episcopali.*

S. GREGOR.
NAZIAN.S. GREGOR.
NYSEN.
S. HIERON.

181. Hæc actionis est natura: agetur, non aget; imo statim ut acta fuerit, desinet. Lib. 5, de *Theologia.*
182. Quod invite fit, statim molestiam affert: quod autem sponte, satisfactionem non admittit, sed semper et gratia et desiderio virescit. Habetur apud D. Ioan. Damascen. Lib. 1, *parall.* cap. 58.
183. Virtutis actio nutrit laborem, viresque auget. *De vita Moysi.*
184. Nequaquam consideres quid alii mali faciant, sed quid boni tu facere debeas. Epist. 4, ad *Rustic.*
185. Prudens novit id decere, quod faciat. Epist. 16, ad *Principiam.*
186. Illud non bene fit, quod occupato animo fit. Epist. 32, ad *Paulinum.*
187. Ad omnia quæ tibi agenda sunt, regaliter age, quia Deus tecum est. In *quæst. sup. libros Regum.*
188. Consummata sapientiæ est, scire quid, quod inequaris modo, et ad omnem actum præferendo consilium, nihil facere quod fecisse peniteat. Epist. 1, ad *Demetriadem.*
189. Melius est parva bona cum charitate facere, sine scientia, quam magnis effulgere virtutibus cum admixtione discordiæ. In *Regula Monachorum*, cap. 24.
190. Age, cave, curre, festina: age, ut proficias; cave ne quod accepisti bonum, incautus et negligens custos amittas: curre, ut non negligas: festina, ut celerius comprehendas. *Ibid.*, cap. 30.
191. Nihil tam facile est, quin difficile fiat, quod invitum facias. Lib. 7, in *Ezech.*
192. Nihil est deterius, et omni vento inanius eo, cui nihil placet, nisi quod ipse fecerit. Super *Ecclesiasten*, cap. 6, sup. illud: *Melior est aspectus oculorum.*
193. Quidquid boni agimus, a Deo deputatur esse, et quidquid mali facimus, a nobis est. Sup. *Psal.* 23, vers. 7. *Ut audiam vocem laudis.*
194. Omnis boni operis finis semper est expectandus: quia sicut factum inviti acceptum non est, ita voluntas infructuosa est habentibus eam sine facto. Sup. *Epist.* 1, ad *Cor.* cap. 8, sup. illud, nunc vero et facto perficite.
195. Nihil dissoluto animo, nihil incurioso agendum est. Sup. *Psal.* 118.
196. Plus metit conscientia, quam gesta: hæc manum replent, manipulos vero illa sinu colligit. Sup. *Psal.* 128.
197. Oculus actionum, intentio est. In *Psal.* 24, cap. 33.
198. Sine periculo via actionum curritur, cum intentio animi charitate duce gubernatur. *Ibid.*
199. Omnis actio, quæ sine devotione est, mortua est. Hom. 1, sup. *Ecclesiasten.*
200. Quod expedit et decet, illud fiat: quod expedit ad meritum, quod decet ad exemplum. *De quæst. circa epist.* ii, ad *Cor.* quæst. 22.
201. Quisquis in eo quod bene agit, intumescent; eo ipso tramite, quo proficit, cadit. In *Regul. D. August.*, cap. 2, sup. illud *Regula; Nec extollantur, etc.*
202. Sine ordine, præsumptio est actio; sine actione, negligentia est ordo; sine scientia, actus reprehensibilis est, et ordo inutilis. In cap. 3. *Calect. Hierarch.* Lib. 4, sup. illud *Rom.* 13: *Quæ a Deo ordinata sunt.*
203. Valde sollicitus debet esse quisque in bono opere, ut in cunctis quæ agit, semper cogitet de extremo fine. In *Regulam D. August.* cap. 11.
204. Stude in iis quæ bene agis, per cuncta irreprehensibilis apparere. *De Instit. Novitorum*, cap. 10.
205. Bonum operando summam bonum non meretur, nisi is solum, qui id quod facit bonum, propter summam bonum operatur. *Prose.*
206. Vis mereri Deum? fac quod facis propter Deum. *De Sacram.*, lib. 2, part. 13, cap. 11.
207. Nihil facias, unde postea peniteas. Sup. *Sophoniam*, cap. 3.
208. Ea quæ bono initio fecerimus, observatione simili custodire nitamur, ne omnes laborum nostrorum fructus, postea irreprensæ cænoxia morbus evacuet. Lib. 11, de *Spirit. cenodoxia*, cap. 18.
209. Non magis res ipsa quæ geritur, quam gerentis pensatur affectus. In *collat. Abbat. Joseph.*, cap. 20.
210. Quidquid pro anima tua feceris, hoc est tuum: quod autem non feceris, perdidisti. Hom. 15, *Operis imperf.* sup. *Matth.*
211. In omni actu sive corporali, sive spiritali, agendi virtus spes est præmii futuri. *Ibid.* Hom. 42.
212. In nomine simpliciter Christi aliquid agere, seductorum est. *Ibid.* Hom. 46.
213. Quidquid homo contra naturam suam agit, pigrius agit. Hom. 54 *Oper. imperf.* sup. *Matth.*
214. Ubi quid gloriæ causa geritur, omnia manent vilia. Hom. 4, in *Acta Apostol.*
215. Quod olim rarum erat, et vix fiebat, id nunc perquam liberaliter fit. *Ibid.* Hom. 49.
216. Omne quod ex necessitate fit, minuit mercedem. Hom. 19, sup. *Epist.* 2 ad *Cor.*, sup. illud. *Hilarem datorem diligit Deus.*
217. Nihil sic est diabolicum, sicut quippiam ad ostentationem facere. *Ibid.* Hom. 24.

UGO CARD.

JOANN. CASS.

S. JOANNES
CHRYSOST.

S. HILARIUS.

UGO A SANC-
TO VICTORE.

218. Recte facta, ut humana, non sint, divino indigent auxilio. Serm. 1. *Sup. Epist. ad Philip.*
219. Nihil ita recte facta evaeat, et in ventum redigit, sicut memoria bonarum operationum; nam duo mala parit: segiores facit, et in arrogantiam extollit. *Ibid.*, serm. 12.
220. Nihil probis actibus dulcius, nihil stavius, nihil iucundius. Hom. 4, sup. *Epist. ad Titum.*
221. Qui non vivit in timore, recte illum agere difficile est. Hom. 15, ad *popul. Antiochen.*
222. Nullus actus, nisi cogitatione praecurrente, conficitur. Serm. de *Levitum peccatorum periculis.*
223. Nihil temere, nihil stulte, sed omnia recto rationis iudicio exequenda sunt. In libro *contra Gentes.*
224. Fecisti aliquid boni? Cetera istud, ut Dominus tuus videat et ipse laudet; quod si jactanter aliquid boni feceris, gloriam ab hominibus recepisti. Hom. 2, in *psalm. 50.*
225. Facere quod necessitate debes vel cogeries, hoc non est modestie, sed debita. Hom. 33, sup. *Gen.*
226. Impossible est, bonum aliquod recte quempiam agere, non habita superna gratia. Hom. 25, sup. *Gen.*, sup. *illud Genes. 8; Et relicta est solus Noe.*
227. Tunc tribuitur quod optatur, si bonos actus morum probitas comitetur. Serm. de *Moyse.*
228. Ex actionum eminentia nata est superbia. Hom. 3, de *verbis Isaie.*
229. Nunc illud maximè multis dignum est lacrymis, qui, cum multi sint mali, non pudet eos male agere. Hom. 82, sup. *Matth.*
230. Qui male agit et cogitat, diabolus videt, quia omne malum diaboli est figura. Hom. 9; *oper. imp. sup. Matth.*
231. Ubi res agitur gloriosa, tibi facilis locum invenit gloriationis occasio. *Ibid.* Hom. 13.
232. In omni actu carnali diabolus fraudem facere potest, in sola conscientia non potest fieri dolus. *Ibid.*
233. Magnus ille quidem est, qui nihil quod factu possibile fuerit, facere omisit; major autem, qui per humilitatem, etiam quae ultra vires sunt, agere conatur. *Grada. 26.*
234. Volentibus nobis bene agere, Deus ad largiendum promptus est. Lib. 1, *parall.*, cap. 9.
235. Id quod sponte fit, omnino vel laudem, et vituperationem comitem habet, et voluptatem in agendo. *Pros.*
236. Contra, id quod non sponte ac voluntarie fit, aut venia, aut misericordia sequitur, morisque in agendo. Lib. 2, de *fide orthodox.*, cap. 24.
237. Gharrion semper rei difficilem acquisitam possessio, et homum quod laboriose acquiruntur, cum majori diligentia custoditur. Part. 1, tract. 2, de *Regione Claustralium.*
238. Ancipitem diu delibera sententiam; ante, factum cogita diu, ante opus premeditare diu. *Pros.*
239. Quod vis agere, diu exquire, considera, et proba; et sic age, cum diu cogitaveris, tunc fac quod probaveris. Lib. 2, de *Synonym.*, cap. 12.
240. In omni actione tene discretionem, in nulla re indiscretus appareas. *Pros.*
241. Perspice quid, cui aptum sit tempori: quid, tibi, quando, qualiter, quamdiu facere debeas.
242. Causas rerum et temporum regulas inspicere, singulorum operum discretionem agnosce.
243. Diligenter distingue omnia quae agis, qualiter bonum incipias, qualiter cito peragas. Lib. 2, de *Synonym.*, cap. 16.
244. Quidquid agis, pro futura age mercede; quidquid agis, non quod ad huius seculi, sed quod ad vitae aeternae gloriam proficiat, queras: si enim de actione hic laus queritur, illic remuneratio amittitur. *Ibid.*, cap. 17.
245. Qui male agere non desistunt, vana se indulgentiam de Dei pietate requirunt, quam recte quaerent, si ab actione prava cessarent. Lib. 2, de *sum. bono.*, cap. 4.
246. Nihil infeliciter male agendi felicitate. *Ibid.*, lib. 3, cap. 48.
247. Spiritualis vitae iter per actionem potius, s. ISIDOR. PELL. quam per sermonem feticitur cedit. Lib. 1, epist. 14, ad *Patrum Monach.*
248. Nihil interest quo animo facias, quod fecisse vitiosum est; quia facta committuntur, animus non videtur. Lib. 3, *divinar. instat.*, cap. 15.
249. Nihil prodest cognitio, nisi et actio subsequatur. *Ibid.*, lib. 6, cap. 5.
250. Id iuste, id pie, id humane fit, quod sine spe recipiendi feceris. *Ibid.*, cap. 11.
251. Parum operatur, quamvis multa agat, qui non amplius agit affectu, quam actu. Part. 2, de *disciplina monast. conversat.*, cap. 6.
252. Propere agitur, quod libenter auditur. Part. 1, de *lyno vita.*, tract. 2, de *patientia.*, cap. 5.
253. Pium est agere non indictum, impium negligere praedicatum. Serm. 3, de *fojum. decimumensis.*
254. Vicinum est rectis actionibus superbia malum. Serm. 4, *quadrag.*
255. Nulla actio tam modica est, quae, si ad Deum pure referatur, non multum prosit animae. In *speculo spirit.*, cap. 5.
256. Nihil agat quisquam, etc., Vide sup. pag. 34.
257. Conscientia pro lucerna in actionibus

- iter; ea enim, quae in vita bonae sint actiones, et quae mala, tibi ostendit. Paranesi. 199.
258. Absque scita contemplatione, nihil eorum quae sunt bonum est. Joan. Damasc., lib. 3, *parall.*, cap. 63.
259. Nihil fit sine Deo vel agente, vel permitte. Lib. 3, *periarchon.*, cap. 2.
260. Nulla actio pia meritoria est ad salutem, nisi ex Christi dilectione procedat. De *Confess. Saer.*
261. Deus de cordibus, non de manibus facta melitur, et de sensu, non de lucis operatione colligit qualitatem. Serm. 8.
262. Qui bona agit et mala suscipit, quidquid sibi iuste retributionis in terra subtrahitur, hoc illi in caelo multiplicius cumulat. Lib. 8, *epist. 6; ad G. virum nobilem.*
263. Unum est quod mens cuiusque fidelis debet assidue et solerter attendere, et intra semetipsum sollicita semper inquisitione versare: scilicet utrum placeat Deo quod agit. *Pros.*
264. Quid enim prodest quidquid faciat homo, si hoc non placeat Deo? Lib. 5, ad *Clericos.* epist. 3, ad *P. Archiepiscopum.*
265. Omnia cum licentia sunt facienda; quia, quod sine licentia fit, vana gloria deputabitur. Serm. 58, de *S. Andrae.*
266. Perdit quod egerat, qui quod faciendum est, non consummat. Opusc. 13, de *perf. Monach.*, cap. 1.
267. Quidquid cum Deo fit, merito laudandum est: sicut quidquid sine Deo, vituperandum. Lib. 2, *legis Allegor.*
268. Non res ea nos Deo commendat, quam et inimici Dei faciunt: sed illud quod non nisi veri Christiani percipiunt. Lib. 2, de *vita contempl.*, cap. 17.
269. Qui omnia quae bene facit, suis viribus adscribit, quasi etiam sine adiutorio Dei ad bene agendum sibi sufficiat, nihil ei proderit quidquid boni facit. *Ibid.*, lib. 3, cap. 1.
270. Quoties bona agimus, Deus in nobis atque nobisum, ut operemur, operatur. Sent. 22, apud D. Aug.
271. In bonis actibus vita permanens nunquam reficit ejus gloriam, quem in se gaudet operari. Sent. 76, apud D. Aug.
272. Non potest fieri ut in mala opera exeant cogitationes bonae, quoniam hoc actione promittitur, quod corde concipitur. *Ibid.*, sent. 81.
273. Cum bonum operaris, hilaris operare; nam si quid boni tristis feceris, fit de te magis, quam facis. *Ibid.*, sent. 115.
274. Actio in hac vita pia est, dum colere et ejus gratia contra vitia interna pugnare. *Pros.*
275. Actio pietatis est, expugnare vitia, atque ut non cedatur, adiutorium Dei affectu religioso exposcere. *Ibid.*, sent. 294.
276. Plus proculdubio est agi quam regi: qui enim regitur, aliquid agit; et ideo regitur, ut recte agat; qui autem agitur, agere ipse aliquid vix intelligitur. *Pros.*
277. Non aliquid in nobis libera voluntas melius agere potest, quam ut illi se commendat, qui male agere non potest. *Ibid.*, sent. 309.
278. Multa bona facit Deus in homine, quae non facit homo, nulla vero facit homo, quae Deus non facit, ut faciat homo. *Ibid.*, sent. 311.
279. Quamdiu quis a charitate non deviet, non erit infructuosus quod egerit, quia meritum non amittit, quidquid ex charitate fit. Sup. *Cantica*, cap. 18.
280. Sicut nihil est tam leve, quod ei non grave sit, qui invitus facit: sic nihil est tam grave, quod non ei, qui id libenter exequitur, leve esse videatur. Lib. 1, de *Gubernat. Dei.*
281. Quod non ubique aguntur, quae prius acta sunt, misericordiae est beneficium, non disciplinae. *Pros.*
282. Cum enim ab homine mala res sola necessitate non agitur, ipsa rei turpis cupiditas pro actione damnatur. *Ibid.*, lib. 6.
283. Recte illi rei factum adscribitur, quae ut quid fieret exegit. Lib. 7, de *Gubern. Dei.*
284. Nunquam per liberum arbitrium homo potest quoddam bonum facere, sine adiutorio Dei. *Pros.*
285. In his quae facimus, querendum est illud propter quod facimus. Sup. *Epist. 2, ad Cor. 3.*
286. Magis Deus pensat, ex quanto quis agit, quam opus quod facit; nullum facit, qui multum diligit. Lib. 4, de *Imit. Christi*, cap. 15, sect. 4.
287. Bene semper agere et modicum de se tenere, humilis animus indicium est. *Ibid.*, lib. 2, cap. 6.
288. Cum omnia fecerit homo, quae facienda noverit, nil se fecisse sentiat. *Ibid.*, lib. 2, cap. 11.
289. Nil magnum tibi videtur ex omnibus quae agis nil grande, nil profusum et admirabile, nil reputatione appareat dignum, nil altum, nil vere laudabile et desiderabile, nisi quod aeternum est. *Ibid.*, lib. 3, cap. 4.
290. Qui vitiose agit, generat sibi malum finem, perdit honorem, destruit quietem, invenit dolorem, anget tristitiam, tollit boni saporem. In *Hortulo rosarum*, cap. 4.
291. Quidquid boni facis, ad laudem Dei facias. *Ibid.*, cap. 16.
292. Vix reperitur actio tam bona, cui aliquid

RICHARD. A. S. VICTORE.

SALVIANUS.

S. THOMAS AQUINAS.

THOMAS A. KEMPIS.

JOAN. CLIM.

JOAN. DAM.

O. JAN TRITH.

LACT. FIRM. ET SENEC.

LACT. FIRM.

S. LAUR. JUST.

S. LEO. I.

V. LUDOV. B.

S. MARTIN. PAP. MART. S. NILUS.

- mali non admisceatur. *De discipl. claustrali.*, cap. 5.
293. Sapientis est, ordinare vitam suam et debitum actibus suis imponere finem. In *exercit. spirituali.* cap. 1.
- S. VALERIAN. 294. Boni actus celo seruiunt; mali inferni sedibus deputantur. *Pros.*
295. Cum bene facimus, Christi sumus; cum mala operamur, in diaboli potestatem transimus. *Hom. II.*
296. Justis actibus facile honesta succedunt. *Id.*
- IN VITIS PA- 297. Quod ab invito fit, id est valde molestum; TRUM. quod autem est voluntarium, etiamsi sit laboriosum, minorem affert dolorem. *Lib. 9, cap. 28.*
298. A minore actione usque ad maiorem, quam agit homo, totum in fastu ejus ponitur, sive in cogitationibus, sive in operibus. *Sent. 86.*
- ARISTOTEL. 299. Facilius est aliquid facere, quam recte facere. *Topicor.*, cap. 1.
300. Malum facere, est facile; bonum autem, difficile. 2. *Ethic.*, cap. 5.
301. Major virtus est bona operari, quam turpia non operari. 4. *Ethic.*, cap. 1.
302. Optimi est, optimum facere. 2. *de Caelo.*
303. Non est is vir bonus, qui honestis actionibus non delectatur. *Lib. 1, de Mor.*, cap. 8.
304. Ex similibus munerum functionibus atque actionibus, similes actionum habitus oriuntur; itaque danda est opera, ut actiones nostras certo quodam modo conformemus. *Lib. 2, de moribus*, cap. 1.
305. Quidquid recte fit, id omne ex virtute fit. *Lib. 4, de Moribus*, cap. 2.
306. Ea que vir improbus agit, ab iis discrepant, que agere oportet; at probus que oportet, ea agit. *Lib. 9, Elichor.*, cap. 8.
307. Impossibile est bene agere eos, qui bona non agant, nulla vero bona actio est sine virtute. *Lib. 7, Polit.*, cap.
- CICERO. 308. In omni actione suscipienda, tria sunt tenenda.
- Primum, ut appetitus rationi pareat, quo nihil est ad officia conservanda accommodatius.
- Deinde, ut animadvertatur, quanta illa res sit, quam efficere volumus: ut neve major, neve minor cura et opera suscipiatur, quam causa postulet.
- Tertium est, ut caveamus, ut ea que pertinent ad liberalem speciem et dignitatem, moderata sint. *Lib. 1, Offic.*
309. Omnis actio vacare debet temeritate, et negligentia. *Lib. 1, Offic.*
310. Duo maxime in actione sunt fugienda: ne quid effeminatum et molle, et ne quid durum aut rusticum fiat. *Ibid.*

311. Cogitationem prudentiamque sequitur actio considerata; ita fit, ut agere considerate pluris sit, quam cogitare prudenter. *Ibid.*
312. Satis nobis persuasum esse debet, nihil avare, nihil injuste, nihil libidinoso, nihil incontinentem esse faciendum. *Lib. 3, Offic.*
313. Homo frugi omnia recte facit. *Lib. 4, Tusc. quæst.*
314. Nihil melius, quam quod factum sit, faciendum fuisse. *Lib. 4, de Arte Rhetor.*, ad *Herenn.*
315. Quid stultius, quam quod libenter facias, curare ut id diutius facere non possis? *Lib. 2, Offic.*
316. Ne postules ea que fiunt, arbitrato tuo fieri; sed si supis, fieri queque velis, ut fiunt. In suo *Enchiridio*, cap. 13.
317. Satius est exiguum quid bene, quam male, seu perfunctorie conficere. *Syzygia 2, de Scientia.*
318. Actio que peccat, atque a recta via abducitur sine scientie facultate, inscitia agit. *Syzygia 2, in Dialogo Protagoræ.*
319. Omnium actionum finis est, bonum et illius causa omnes aliae res sunt agendæ. *Syzygia 3, de Rhetorica.*
320. Una queque actio quatenus bene, bona est appellanda. *Syzygia 4, in Dialogo 1, Alcibiadis.*
321. Si quid recte feceritis, quod Deo gratum est facietis. *Ibid.*
322. Nihil magnum aut mirum facere potest, qui maximis quibusdam sceleribus se contaminat. *Lib. 2, de Rep. 2.*
323. Actiones nostræ nec prave sint, nec audaces, nec improbæ. *Lib. 3, de Ira*, cap. 7.
324. Sapientis nihil facit, quod non debet, nihil prætermittit, quod debet. *Lib. 2, de Clem.*, cap. 7.
325. Sic fac omnia, tanquam spectet aliquis. *Pros.*
326. Prodest sine dubio custodem præsentem sibi imposuisse, et habere quem respicias, quem interesse tuis actionibus judices.
327. Hoc quidem magnificentissimum est, sic vivere, tanquam sub alienis semper presentis oculis. *Epist. 25.*
328. Vir bonus quod honeste se facturum putaverit, facit; etiamsi laboriosum erit, faciet; etiamsi dianosum, faciet; etiamsi periculosum, faciet. *Pros.*
329. Quod vero turpe erit, non faciet; etiamsi pecuniam affert, etiamsi voluptatem, etiamsi potentiam, non faciet. *Epist. 76.*
330. Quidquid boni facere potes, tecum est. *Epist. 80.*

EPICETUS
PHILOSOPH.

PLATO.

SENECA.

VALENIUS
MAXIM.

331. Majus aut minus fit (quamvis idem sit) quod fit tempore, loco, causa. *Epist. 81.*
332. Recte facti, fecisse merces est. *Epist. 81.*
333. Virtutem et exercet, et ostendit recta actio. *Epist. 94.*
334. Beata vita constat ex actionibus rectis; ad actiones rectas præcepta perducunt. *Epist. 95.*
335. Nihil interest, etc. *Vide supra.*
336. Nulla laus est non facere, quod facere non possis. *Ibid.*
337. Actio recta non erit, nisi recta fuerit voluntas. *Epist. 95.*
338. Omnis virtutis actio, bonum est. *Epist. 102.*
339. Intellige que sint bona, ut bene agas. *Sent. 49.*
340. Quod Deum Patrem vocas, hujus in actionibus tuis memor esto. *Ibid.*, *Sent. 52.*
341. Non verbum, sed ratio præcedat actus tuos. *Ibid.*, *Sent. 66.*
342. Quæ culpes, facere noli. *Ibid.*, *sentent. 82.*
343. Delibera priusquam agas, et antequam agas, prævide quale sit quod futurum est. *Ibid.*, *sentent. 85.*
344. Priusquam agas quodcumque agis, cogita Deum, ut lux ejus præcedat actus tuos. *Ibid.*, *sentent. 87.*
345. In omni quod bene agis, auctorem esse deputa Deum. *Ibid.*, *sentent. 105.*
346. In actibus tuis, ante oculos pone Deum. *Ibid.*, *sentent. 215.*
347. Nihil propter solam libidinem facias. *Ibid.*, *sentent. 223.*
348. Si vis cum lætitia animi vivere, noli multa agere; in multis enim actionibus minor eris. *Ibid.*, *sentent. 253.*
349. Exordium in agendo, a Deo sume, et que agis. *Ibid.*, *sentent. 278.*
350. Ad omnia que agis, Deum invoca testem. *Ibid.*, *sentent. 293.*
351. Quidquid feceris animo male affecto, penitebis. *Ibid.*, *sentent. 196.*
352. Deus bonos actus hominum confirmat. *Ibid.*, *sentent. 294.*
353. Malorum actuum, malus dæmon dux est. *Ibid.*, *sentent. 295.*
354. Quidquid egeris causa gloria, merces tui erit. *Ibid.*, *sentent. 331.*
355. Multi quid rectum sit, sciunt, sed id facere negligunt. *Lib. 4, Dict. Memor.*, cap. 5.
- Vide etiam *Titul. Virtutum connexio in specie, verbo Actio*, et *Tit. Rectitudo*, *sentent. 22.*

1. Qui Deo adheret, versatur in lumine; qui S. ALBERTUS vero mundo adhæret, in tenebris est. *De adha-* MAGNUS.
rendo Deo, cap. 3.
2. Plurimum prodest unicuique, bonis jungi, S. AMBROS.
quoniam qui congregitur cum sapientibus, sapiens est: qui autem cohæret imprudentibus, imprudens agnoscitur. *Lib. 2, Offic.*, cap. 20.
3. Ostendant adolescentes, eorum se imitatores esse, quibus adhaeserint. *Ibid.*
4. Pulchra copula est seniorum atque adolescentium; alii testimonio, alii solatio sunt; alii magisterio, alii ministerio. *Ibid.*
5. Nihil pulchrius, nihil voluptuosius, nihil desiderabilius quam Deo adherere. *Lib. 3, epist. 44, ad Irenzum.*
6. Plus est mente connecti, quam corpore copulari. *Lib. 5, epist. 31, ad Valentinian. imperial.*
7. Mens, adhærens Deo, corporales delectationes et illecebras hujus seculi vincit. *Lib. 2, de Abraham.*, cap. 7.
8. Qui Deo adhæret, perire non potest. *Lib. 6, sup. Lucam*, cap. 8, sup. illud: *Modica fidei*, etc.
9. Qui deficit sibi, ut virtuti adhæreat, immittit quod suum est, accipit quod æternum est. *Serm. 11, sup. Psalm. 118*, vers. 1.
10. Charitate Christo, non pœna timore coheremus. *epist. 144, ad Anastasium.*
11. Per amorem Dei, omnes ei adheremus. *De Spirit. et Anima*, cap. 16.
12. Tandiu est aliquid homo, quandiu hæret Deo a quo factus est homo; nam recedens ab illo, nihil homo est. *Sup. Psalm. 75.*
13. Vis habere gaudium sempiternum? adhære illi qui sempiternus est. *Tract. 14, in Evang. Joan.*, cap. 3.
14. Non est ullus ulli medius locus, ut possit esse, nisi cum diabolo, qui non est cum Christo. *Lib. 1, de Peccat. merit.* cap. 28.
15. Acerbissimus cruciatus (apud eos, qui mente præditi sunt) est a Deo sejungi. *Joan. Damasc.* S. BASILIUS
lib. 1, Parall., cap. 12. MAGNUS.
16. Si cognita non adhæreatur veritati, obstinatio diabolica est. *Serm. 1, de Ade.* S. BERNARDUS.
17. Adverte homo, quia limus es et non sis superbus, quia Deo conjunctus es; et non sis ingratus. *Serm. 3, in vigilia Nativiti.*
18. Quanto quis conjunctior est Deo, tanto plenior charitate. *Serm. 26, sup. Cantica.*
19. Qui Dei sunt, libenter junguntur ei; qui autem ex adverso stat, aut Antichristi est, aut